




PROMPTUARIUM

PRO ADMINISTRATIONE

SACRAMENTORUM

ET ALIIS FUNCTIONIBUS PAROCHIALIBUS

FREQUENTER OCCURRENTIBUS;

AD USUM

SACERDOTUM HISPANORUM,

DISPOSITUM

JUXTA RITUALE ROMANUM.

EDICTIO NOVISSIMA,

auctior et correctior.



UT ea, quæ ex antiquis Catholícæ Ecclesiæ institutis, et Sacrorum Canonum, Summerumque Pontificum Decretis, de Sacramentorum ritibus, ac cœremoniis hoc libro præscribuntur, qua pars est diligentia ac religione custodiantur, et ubique fideliter serventur; illud ante omnia scire, et observare convenit, quod sacrosancta Tridentina Synodus, Sess. 7. Can. 33. de iis ritibus decrevit per hæc verba:

Si quis dixerit, recéptos, et approbátos Ecclesiæ Cathólicæ ritus, in solémni Sacramentorum administratione adhiberi consuétos, aut contémni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in novos álios per quemcúmque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anáthema sit.

Cum igitur in Ecclesia Dei nihil sanctius, aut utilius, nihilque excelentius, aut magis divinum habeatur, quam Sacramenta ad humani generis salutem á Christo Domino instituta, Parochus, vel quivis alius Sacerdos, ad quem eorum administratio pertinet, meminisse in primis debet, se sancta tractare; atque omni fere temporis momento ad tam sanctæ administrationis Officium paratum esse oportet.

Ipse vero antequam ad hujusmodi administrationem accedat, paululum, si opportunitas dabitur, orationi, et sacræ rei, quam acturus est, meditationi vacabit, atque ordinem ministrandi, et cœremonias pro temporis spatio prævidebit perleget.

In omni Sacramentorum administratione superpelliceo sit indutus, et desuper stola ejus coloris, quem Sacramenti ritus exposcit, nisi in Sacramento Pœnitentiæ ministrando occasio, vel consuetudo, vel locus interdum aliter suadeat.

ORATIO PRAEPARATORIA

ad administrationem Sacramentorum secretò dicenda.


Adesto, Dómine, supplicatiónibus nostris; et me, qui etiam misericordía tua primus indígeo, clementer exaudi; et quem non electione mériti, sed dono gratiæ tuæ constituisti hujus operis Ministrum, da fidutiam tui muneris exequendi, atque ipse in nostro ministerio, quod tuæ pietatis est, operare. Qui vivis, et regnas, &c.

ORDO BAPTISMI PARVULORUM.

Sacerdos ad tanti Sacramenti administrationem, lotis manibus, superpelliceo et stola violacea indutus, accedat ad limen Ecclesiæ, ubi foris expectant qui infantem detulerunt; clericum unum, seu plures, si potest, secum adhibeat, superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministrent, et accepto nomine baptizandi, ad Baptismum procedat in hunc modum nominatim interrogans:

Sac. N. Quid petis ab Ecclesia Dei? R. *Patrinus.* Fidem.
Sac. Fides quid tibi præstat?
R. *Patrinus.* Vitam æternam.
Sac. Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et próximum tuum sicut te ipsum.

Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis, et dicat semel:



Exi ab eo (*vel* ab ea), immunde spíritus, et da locum Spiritui Sancto Paráclito.

Postea pollice facit signum Crucis in fronte, et in péctore infantis, dicens:

Accipe signum Crucis tam in fronte ✠ quam in corde, ✠ sume fidem cœlestium præceptorum; et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

OREMUS.

Preces nostras, quæsumus, Domine, clementer exaudi: et hunc electum tuum (*vel* hanc electam tuam) N. Crucis Domínicæ impressione signatum (*vel* signatam) perpetua virtute custodi; ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta servans per custodiam

mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde imponat manum super caput infantis, ac dicat:

OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum (*vel* super hanc famulam tuam) N. quem (*vel* quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo (*vel* ab ea) expelle: disrumpe omnes laqueos Satanæ, quibus fuerat colligatus (*vel* colligata): aperi ei, Domine, januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus (*vel* imbuta), om-

nium cupiditatum fœtoribus careat, et ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus (*vel* læta) tibi in Ecclesia tua déserviat et proficiat de die in diem. Per eumdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos benedicat salem, qui semel benedictus alias ad eumdem usum deservire potest.

BENEDICTIO SALIS.

Exorcizo te, creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠ et in charitate Domini nostri Jesu Christi ✠ et in virtute Spiritus Sancti ✠. Exorcizo te, per Deum vivum ✠ per Deum verum ✠ per Deum sanctum ✠, per Deum ✠ qui te ad tutelam humani géneris procreavit, et po-

pulo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari præcepit, ut in nomine Sanctæ Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugándum inimícum. Proínde, rogamus te, Dómine Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificando, sanctifices ✠, et benedicendo benedicas ✠, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfecta medicina, permanens in viscéribus eorum, in nómine ejusdem Dómini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde immittat módicum salis benedicti in os infantis dicens:

N. Accipe salem sapientiæ: propitiatio sit tibi in vitam æ-

térnam. ℟. Amen.

S. Pax tecum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus Patrum nostrorum, Deus universæ conditor veritatis, te supplices exoramus; ut hunc fámulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) respícere digneris propitius, et hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quominus cibo expleatur cœlesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum, (*vel* eam) Domine, quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna

præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Exorcizo te, immunde spiritus, in nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus Sancti ✠, ut exeas, et recedas ab hoc famulo Dei (*vel* ab hac famula Dei) N. Ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo, maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo, et vero; da honorem Jesu Christo Filio ejus, et Spiritui Sancto, et recede ab hoc famulo Dei (*vel* ab hac famula Dei) N. quia istum (*vel* istam) sibi Deus, et Dominus nos-

ter Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem, fontemque Baptismatis vocare dignatus est.

Hic pollice in fronte signat infantem, dicens:

Et hoc signum sanctæ Crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, numquam audeas violare. Per eumdem Christum Dñum. nostrum. ℟. Amen.

Mox imponit manum super caput infantis, et dicit:

OREMUS.

Æternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis et veritatis, super hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N. ut digneris illum (*vel* illam) illumi-

nare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum (*vel* eam) et sanctifica: da ei scientiam veram, ut dignus (*vel* digna) gratia Baptismi tui effectus (*vel* effecta), téneat firman spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dñum. nostrum. ℟. Amen.

Postea Sacerdos imponit extremam partem stolæ super infantem, et introducit eum in Ecclesiam, dicens:

N. Ingrédere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam æternam. ℟. Amen.

Cum fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad fontem cum susceptoribus conjunctim clara voce dicit:

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli et terræ. Et in Jesum Christum Filium

ejus únicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu Sancto; natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus: descendit ad inferos; tertia die resurrexit á mortuis: ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam. Amen.

Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cœlo, et in terra. Panem

nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos á malo. Amen.

Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, dicat:

EXORCISMUS.

Exorcizo te, omnis spiritus immunde, in nómine Dei Patris omnipotentis ✠, et in nomine Jesu Christi Filii ejus, Dómini et Júdicis nostri ✠, et in virtute Spiritus Sancti ✠, ut discedas ab hoc plásmate Dei N. quod Dóminus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus Sanctus habitet in eo. Per eumdem

Christum Dóminum nostrum qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Postea Sacerdos digito accipit de saliva oris sui, et tangit aures, et nares infantis: primum veró aurem dexteram et postea sinistram, dicens:

Ephpheta; quod est Adaperire:

Deinde tangat nares, dicens:

In odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Postea interrogat baptizandum nominatim, dicens:

Sac. N. Abrenuntias Satanæ?
R. *Patrinus.* Abrenuntio.
Sac. Et omnibus operibus ejus?
R. *Patrinus.* Abrenuntio.
Sac. Et omnibus pompis ejus?

R. *Patrinus.* Abrenuntio.

Deinde Sacerdos intingit pollicem in Oleo Cathecumenorum, et ungit infantem primum in péctore, deinde inter scapulas in modum crucis dicens:

Ego te linio ✠ oleo salutis, in Christo Jesu ✠ Domino nostro, ut habeas vitam æternam. ℟. Amen.

Subinde pollicem et inuncta loca abstergit bombacio vel re simili et (hic deponit stolam violaceam et sumit aliam albi coloris) interrogat, expresso nomine baptizandum, Patrino respondente:

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli et terræ? R. Credo.

Credis in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum, et passum? R. Credo

Credis in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam,

Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurectionem, vitam æternam? R. Credo.

Subinde expresso nomine baptizandi Sacerdos dicit:

N. Vis baptizari?
R. *Patrinus.* Volo.

Tunc Patrino, vel Matrina, vel utroque si ambo admittantur, infantem tenente, Sacerdos vasculo, seu urcéolo, accipit aquam baptismalem, et de ea ter fundit super caput infantis in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum distincte et attente dicit:

N. Ego te baptizo in nómine Patris ✠, *fundat primo*, et Filii ✠, *fundat secundo*, et Spiritus ✠ Sancti, *fundat tertio.*

Ubi autem est consuetudo baptizandi per immersionem, Sacerdos accipit infantem et advertens ne lædatur, caute immergit: et trina mersione baptizat, et semel tantum dicit:

N. Ego te baptizo in nómine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠, Sancti.

Mox Patrinus, vel Matrina, vel uterque simul, infantem de sacro Fonte levant, suscipientes illum de manu Sacerdotis.

Si vero dubitatur, an infans fuerit baptizatus útatur hac forma:

N. Si non es baptizatus (*vel* baptizata), ego te baptizo in nómine Patris, † et Filii, † et Spiritus † Sancti.

Deinde intigit pollicem in sacro Chrismate, et ungit infantem in summitate capitis in modum crucis dicens:

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regenerabit ex aqua, et Spiritu Sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatrum (*hic*

inungit) ipse te lineat Chrismate salutis, † in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam æternam. ℟. Amen.

Sac. Pax tibi.

R. *Patrinus.* Et cum spiritu tuo.

Tum bombacio, aut re simili abstergit pollicem suum, et locum inunctum, et imponit capiti ejusdem infantis linteolum cándidum loco vestis albæ, dicens:

Accipe vestem cándidam quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam. ℟. Amen.

Postea dat ei, vel Partino, candelam accensam dicens:

Accipe lámpadem ardentem et irreprehensibilis custodi Baptismum tuum: serva Dei manda-

ta, ut cùm Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei una cum omnibus Sanctis in aula cœlesti, habeasque vitam æternam, et vivas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Postremo dicit:

N. Vade in pace, et Dominus sit tecum. ℟. Amen.

AMONESTACION A LOS PADRINOS.

Advertid que á vuestro oficio pertenece tener toda la vida por encomendado á este vuestro hijo espiritual, y procurar con diligencia, en lo que toca á la institucion de la vida espiritual, que haya siempre de tal manera como vosotros lo teneis prometido por él en este solemne acto del

Bautismo. Enseñadle tambien que guarde castidad; ame la justicia, tenga caridad, y ante todas cosas que sepa el *Padre nuestro*, el *Credo*, y todo lo demas contenido en la Doctrina Cristiana. Considerad tambien que con este bautizado, y con su padre y madre habeis contraido parentesco espiritual, de suerte, que no podrá haber entre vosotros legítimo matrimonio.

Si infans ægrotus adeo graviter laboret, ut periculum immineat ne pereat, antequam Baptismus perficiatur, Sacerdos omissis quæ Baptismum præcedunt, eum baptizet, ter, vel etiam semel infundens aquam super caput ejus in modum crucis, dicens:

Ego te baptizo in nómine, ✝ &c.

Si non habeatur aqua Baptismalis, et periculum impendeat, Sacerdos utatur aqua simplici.

Deinde si habeat Chrisma lineat eum in vertice, dicens:

Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, &c.

Postea det ei linteolum candidum, dicens:

Accipe vestem, &c.

Ac demum det ei cercam candelam accensam, dicens:

Accipe lámpadem, &c.

Si supervixerit, suppleantur alii ritus omissi.

ORDO SUPPLENDI OMISSA
SUPER BAPTIZATUM.

Cum urgente mortis periculo vel alia cogente necessitate, párvulus sacris precibus ac cæremoniis prætermissis, fuerit baptizatus; ubi convaluerit vel cessaverit periculum et ad Ecclesiam delatus fuerit, omissa omnia suppleantur: idemque ordo ac ritus servetur, qui in Baptismo parvulorum præscriptum est. Excepto quod interrogatio: An vellis baptizari, formasque Baptismi, et ablutio prætermittuntur, et quædam Orationes, et Exorcismi suo quique loco immutati, ut infra dicuntur.

Sacerdos igitur antequam immitat salem in os baptizati, manum super caput ejus imponens dicit:

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respicere digneris super hunc fámulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N. quem (*vel* quam) dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo (*vel* ab ea) expelle: disrumpe omnes láqueos Sátanæ, quibus fuerat colligatus (*vel* colligata); áperi ei, Dómine, januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus (*vel* imbuta), omnium cupiditatum fœtoribus careat, et ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus (*vel* læta) tibi in Ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem,

ut idoneus (*vel* idonea) sit frui gratia Baptismi tui, quem suscepit, salis percepta medicina. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde posteaquam modicum salis immisit in os baptizati, dicens:

Accipe salem sapientiæ propitiatio sit tibi in vitam æternam. ℟. Amen, *dicit:*

OREMUS.

Deus Patrum nostrorum, Deus universae Conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N. respicere digneris propitius, ut hoc pábulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quominus cibo ex-

pleatur cœlesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini serviens, et quem (*vel* quam) ad novae regenerationis lavacrum perduxisti, quaesumus Dómine, ut cum fidélibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Post hæc, facto signo crucis in fronte baptizati, dictisque illis verbis:

Et hoc signum Crucis ✠ quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diábole, numquam audeas violare. Per eumdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Manu super caput ejus imposita dicit:

OREMUS.

Æternam ac justísimam pietatem tuam déprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, auctor luminis, et veritatis, super hunc famulum tuum (*vel* famulam tuam) N. ut digneris eum (*vel* eam) illuminare lumine intelligentiae tuae; munda eum (*vel* eam) et sanctifica; da ei scientiam veram, ut dignus (*vel* digna) sit frui gratia Baptismi tui, quem suscepit: teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus (*vel* apta) sit ad retinendam gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

DE COMMUNIONE INFIRMORUM.

Sacerdos indutus superpelliceo et stola albi coloris, accedens ad altare ut accipiat Sacramentum ut feral infirmo dicit: *In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, &c. Introibo... Adjutorium... Confiteor Deo...* ut in Confessione in Missa pro defunctis.

Postea impósito sibi prius ab utroque humero oblongo vero decenti utraque manu accipiat vas cum Sacramento, et deinde umbellam seu baldachinum subeat; Acolythis seu Cléricis, superpelliceo páriter indutis comitatus, nudo cápite processurus, Psalmum *Miserere...* et alios Psalmos et Cantica dicens (*).

Ingrediens vero locum ubit jacet infirmus, dicat:

℣. Pax huic dómui.

(*) An pixis, in qua proprio velo cooperata defertur. SS. Viaticum infirmis debeant etiam cooperiri extremitatibus veli oblongi humeralis etiamsi SS. Viaticum cum solemnitate deferatur?

S. R. C. respondit: *Decere deferri pixidem coopertam etiam extremitatibus veli oblongi humeralis.* Et ita declaravit die 21 Martii 1699.

Utrum á Parocho Viaticum ad infirmos deferente Antiphona *Asperges me*, aut *Vidi aquam* tempore paschali sit recitanda; et ab ipso quoque ad Ecclesiam reddito dicenda Oratio *Deus qui nobis* aut *Spiritum nobis Domine*, etc?

Rep. *Servandum esse omnino Rituale, nulla habita ratione temporis paschalis.* Et ita declaravit S. R. C. die 11 Febr. 1702.

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

Tum depositum Sacramentum super mensa supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus; et mox accepta aqua benedicta, aspergit infirmum, et cuciculum, dicens Antiphonam Aspérges mé, Domine, hyssópo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbábor, *et primum versum Psalmi* Miserere mei Deus, &c. *cum* Gloria Patri. Sicut erat, &c. *Deinde repetitur Antiphona* Asperges me, &c. *Postea:*

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dñe. exáudi orationem meam

℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus: et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitáculo. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Ahora se llegará al enfermo, y le dirá:

Hermano mio: Aquí tiene V. á la Magestad de Cristo Señor nuestro Sacramentado, que como médico de nuestras almas, deseo-

so de la salvacion de V. y lleno todo de caridad viene á visitarle; ¿quiere V. recibirle? R. Sí Padre.

Si el enfermo tiene que reconciliarse, le reconciliará; y si nó, diga la *Confesion*, y concluida dirá: *Misereatur, &c.* é *Indulgentiam, &c.* y despues le dirá:

Antes que recibais el verdadero Cuerpo de nuestro Señor Jesucristo, es preciso que como católico cristiano hagais la protextacion de la Fé; y así me respondereis á lo que os fuere preguntando:

Sac. Creeis en Dios Padre todopoderoso, Criador del cielo y de la tierra, y de las cosas visibles é invisibles? R. Sí creo.

Sac. Creeis en Jesucristo su único Hijo? Sí creo.

Sac. Creeis en el Espíritu Santo? R. Sí creo.

Sac. Creeis que Padre, Hijo y Espíritu Santo son tres personas distintas y un solo Dios verdadero? R. Sí creo.

Sac. Creeis que nuestro Señor Jesucristo en cuanto Hômbre fué concebido por obra del Espíritu Santo, y nació de la Sma. Virgen Maria, quedando ella Virgen antes del parto, en el parto y despues del parto? R. Si creo.

Sac. Creeis que padeció, que fué crucificado y muerto por salvar los pecadores? R. Si creo.

Sac. Creeis que fué sepultado, y descendió á los infiernos, de donde sacó las almas de los Santos Padres, que estaban esperan-

do su santo advenimiento?
R. Sí creo.

Sac. Creeis que al tercero dia resucitó de entre los muertos, y subió á los cielos, y está sentado á la diestra de Dios Padre Todopoderoso, y de allí ha de venir al fin del mundo á juzgar á los vivos y á los muertos? R. Sí creo.

Sac. Creeis que todos hemos de resucitar en nuestros propios cuerpos, para que cada uno reciba galardon ó castigo conforme á sus obras? R. Sí creo.

Sac. Pues en señal de haber creido estos tan altos misterios diga V. conmigo:

Adórote, Señor, y bendígote, pues por tu santa Cruz redimista al mundo, y á mí pecador.

Ahora, haciendo genuflexion, tomará con gran reverencia la sagrada Forma, y elevándola dirá:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Y proseguirá diciendo:

Réstaos confesar los Sacramentos de la Santa Iglesia Católica, por los cuales nos salvamos.

Sac. Creeis que en la Iglesia Católica, que es la congregacion de los fieles cristianos, por el Bautismo y por los otros Sacramentos, nos perdona Dios nuestros pecados, y nos hace herederos de su reino? R. Sí creo.

Sac. Creeis, que por virtud de las palabras que dijo Cristo en la última cena, y cualquier Sacerdote rectamente ordenado, por

pecador é indigno que sea, dice, se convierte la substancia del pan en el Cuerpo de Cristo y la substancia del vino en su Sangre? R. Sí creo.

Sac. Y creeis que esto que yo tengo ahora en mis manos, es el verdadero Cuerpo de nuestro Señor Jesucristo? R. Sí creo.

Sac. Ademas de esto, perdonais de corazon á todos los que os hubieren hecho alguna injuria ó pesar? R. Sí perdono.

Sac. Pedís asimismo perdon á aquellos, que en algun tiempo hubiéreis ofendido por palabra ó por obra? R. Sí pido.

Sac. Pues ahora diga V. conmigo: Señor mio Jesucristo, no soy digno (ó digna), que vuestra

Divina Magestad entre en mi pobre morada, mas por vuestra santísima palabra mis pecados sean perdonados y mi alma sana y salva.

Tres veces se repite.

Tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam dicat:

Accipe frater (*vel* soror) Viáticum Córporis Domini nostri Jesu ✠ Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, et perducat in vitam æternam. Amen.

Postea Sacedros abluat, digitos *nihil dicens*, et infirmo detur ablutio. Deinde dicat:

S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, te fideliter,

deprecamur ut accipienti fratri nostro (*vel* sorori nostræ) sacrosanctum Corpus Domini nostri Jesu Christi Filii tui, tam corpori, quam animæ prosit ad remedium sempiternum: Qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Concluida esta oracion, se llegará al enfermo y le dirá:

Dé V. gracias á Dios nuestro Señor por los grandes beneficios que le ha dispensado con venir á visitarle; asi mismo deberá V. egercitarse con frecuencia en hacer los actos de Fé, Esperanza, Caridad y Contricion, diciendo: Creo en mi Dios, amo á mí Dios, espero en mi Dios, que me ha de

perdonar y me ha de salvar.

Otro Sacramento le queda á V. qúe recibir, que es el de la Sagrada Extrema Uncion. Por su virtud se acrecienta la gracia, los pecados veniales se perdonan, las enfermedades del alma y las reliquias del pecado se sanan; fortalece contra las tentaciones del demonio, que siempre son mayores al fin de la vida, y acaso os libre de esta enfermedad, si os conviene para la salud de vuestra alma. Si agravándose la enfermedad no lo pudiese V. pedir, ¿lo pide ahora para entonces?

R. Sí pido.

Sac. El Señor os lo deje recibir.

Ahora haciendo genuflexion pondrá el Santisimo Sacramento en la bolsa, é incorporándose con

el mismo, echará la bendicion al enfermo, *nihil dicendo*, é inmediatamente dirá el Cántico *Nunc dimittis*... y despues el *Te Deum laudamus*... Cánticos y Salmos hasta la iglesia, en la cual, colocando el Sacramento sobre el altar, lo adora y dice:

S. Panem de cœlo præstitisti eis.
R. Omne delectamentum in se habentem.
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti: tribuæ qaæsumus ita nos Corporis, et Sanguinis tui sacra misteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre..... Amen.

Y volviéndose al pueblo dirá:

Todos los que habeis acompañado al Santísimo Sacramento, que es el verdadero Cuerpo de nuestro Señor Jesucristo, habeis cumplido una obra de misericordia, visitando á este enfermo: asimismo habeis ganado cien dias de perdon. Los que habeis traido candelas encendidas doscientos dias.

Luego, haciendo las genuflexiones que corresponden, dará la bendicion al pueblo con el Santísimo Sacramento cubierto con la banda, nihil dicendo; *y reservándole despues en el tabernáculo.*

ORDO MINISTRANDI SACRAMENTUM

EXTREMÆ UNCTIONIS.

Sacerdos indutus superpelliceo, velo, stolaque violacea, intrans cubiculum infirmi, dicit:

S. Pax huic domui.

R. Et omnibus habitantibus in ea.

Deinde deposito Oleo super mensam ægroto Crucem piè deosculandam porrigit; mox in modum crucis eum aqua benedicta et cubiculum et circunstantes aspergit dicens antiphonam *Asperges me, &c.* Quod si ægrotus voluerit confiteri audiat illum et absolvat. Deinde piis verbis illum consoletur, et de hujus Sacramenti vi atque efficacia si tempus ferat breviter admoneat, et quantum opus sit ejus animum confirmet, et in spem erigat vitæ æternæ.

Postea dicat:

S. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Introeat, Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu æterna felicitas, divina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus demonum, adsint Angeli pacis, domumque hanc déserat omnis maligna discordia. Magnifica, Domine, super nos Nomen sanctum tuum, et benedic ✠ nostræ conversationi, sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui sanctus et pius es, et pérmanes cum Patre, et Spiritu Sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

Oremus, et deprecemur Dominum nostrum Jesum Christum, ut benedicendo benedicat ✠ hoc tabernáculum, et omnes habitantes in eo, et det eis Angelum bonum custodem, et faciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege sua: avertat ab eis omnes contrarias potestates eripiat eos ab omni formidine, et ab omni perturbatione, ac sanos in hoc tabernáculo custodire dignetur. Qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

OREMUS.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, et mittere digneris sanctuum An-

gelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitáculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quæ Orationes, si tempus non patiatur, ex parte vel in totum poterunt omitti. Tum de more facta Confessione generali, latino vel vulgari sermone, Sacerdos dicat *Misereatur tui... Indulgentiam &c.*

Antequam Párochus incipiat ungere infirmum, moneat adstantes ut pro illo orent, et ubi commodum fuerit pro loco, et tempore, et adstantium número vel qualitate, recitent septem Psalmos Pœnitentiales cum Littaniis, vel alias Preces, dum ipse Unctionis Sacramentum administrat. Mox dicat:

In nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem (*imponat manum supra caput infirmi*) manuum nostrarum, et per invocationem om-

nium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum. Amen.

Nunc in modum crucis cum sancto Oleo ungit infirmum in pártibus hic subscriptis.

Minister verò, si est in sacris, vel ipsemet Sacerdos post quamlibet Unctionem tergat loca inuncta novo globulo bombacii, vel rei similis, eaque in vase mundo reponat, et ad Ecclesiam posteà deferat, comburat, cineresque projiciat in Sacrarium.

AD OCULOS

(ungendo antea dextrum, et simili modo in auribus, manibus, pedibusque.)

Per istam sanctam Unctionem ✠, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti. Amen.

AD AURES. Per istam sanctam Unctionem, ✠ et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per auditum deliquisti. Amen.

AD NARES. Per istam sanctam Unctionem, ✠ et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

AD OS (*compressis labiis.*) Per istam sanctam Unctionem, ✠ et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per gustum et locutionem deliquisti. Amen.

AD MANUS. (*Sacerdotibus exterius, aliis interius*). Per istam sanctam Unctionem, ✠ et suam piissimam misericordiam,

indulgeat tibi Dominus quidquid per tactum deliquisti. Amen

AD PEDES. Per istam sanctam Unctionem, ✠ et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per gressum deliquisti. Amen.

Quibus omnibus peractis, Sacerdos dicit:

S. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster... Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos á malo.

S. Salvum fac servum tuum (*vel* Salvam fac ancillam tuam) Domine. R. Deus meus sperantem in te.

S. Mitte ei, Domine auxilium de sancto. R. Et de Sion tuere eum (*vel* eam).

S. Esto ei, Domine turris fortitudinis. R. A facie inimici.

S. Nihil proficiat inimicus in eo (*vel* in ea). R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

S. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Dómine Deus, qui per Apóstolum tuum Jacobum locutus es: ¿Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum Oleo in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus: et si in pecca-

tis sit, remittentur ei: cura, quæsumus, Redemptor noster, gratia Sancti Spiritus languores istuis infirmi (*vel* infirmæ) ejusque sana vulnera, et dimitte peccata; atque dolores cunctos mentis, et corporis ab eo (*vel* ab ea) expelle, plenamque interius, et exterius sanitatem misericordìtèr redde, ut ope misericordiæ tuæ restitutus (*vel* restituta), ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

OREMUS.

Respice, quæsumus Dómine, famulum tuum (*vel* famulam tuam) N. infirmitate sui corporis fatis-

centem, et animam réfove, quam creasti: ut castigationibus emendatus (*vel* emendata) se tua sentiat medicina salvatum (*vel* salvatam). Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis: ad invocationem tui nominis benignus assiste, ut famulum tuum (*vel* famulam tuam) ab ægritudine liberatum (*vel* liberatam), et sanitate donatum (*vel* donatam), dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque

Ecclesiæ tuæ sanctæ, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ad extremum pro personæ qualitate, salutaria monita breviter præbete poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur, et ad fugandas demonum tentationes roboretur.

Denique aquam benedictam, et Crucem, nisi aliam habeat, coram eo reliquet, ut illam frequenter aspiciat, et pro sua devotione osculetur, et amplectatur.

DE INDULGENTIA PLENARIA

IN ARTICULO MORTIS.

Por la Bula de la Santa Cruzada nuevamente espedida por N. Smo. Padre Pio IX, en Gaeta á 11 de Mayo de 1849, no se concede á los Confesores la facultad de aplicar á los que tiene dicha Bula, la indulgencia plenaria que para la hora de la muerte se les concedia por la de Gregorio XIII.

He aquí hasta donde se estienden las facultades que por la Bula de Cruzada se conceden hoy

á los Confesores, segun el Breve de Su Santidad, traducido por la interpretacion de lenguas en Madrid, y publicado en la Gaceta de 1.° de Setiembre de 1849.

Y para que los mencionados fieles cristianos puedan gozar mas fácilmente de las referidas santas indulgencias, concedemos que los mismos puedan por dos veces, esto es, una en vida y otra en el artículo de la muerte, elegir un confesor presbítero, secular ó regular que esté aprobado por el Ordinario del lugar, y puedan ser absueltos por él, en el fuero de la conciencia, de cualesquiera pecados y censuras reservadas á los Ordinarios, y aun á la Sede Apostólica (exceptuando el crimen de heregía; y en cuanto a los eclesiásticos exceptuando tambien la censura de que se trata en la Constitucion de Benedicto XIV. Sacramentum Pœnitentiæ) *impuesta siempre una penitencia saludable, é imponiéndoles las demas cosas que deben imponerse por derecho. Ademas, dispensamos igualmente, con la autoridad Apostólica, para que puedan conmutarse debidamente por el mismo confesor los votos simples hechos por los mismos fieles cristianos, exceptuando el ultramarino, el de castidad y de religion, en otras obras piadosas, imponiéndoles algun subsidio que ha de entregarse al Ejecutor de estas letras para los sobredichos fines piadosos.*

El poder para conceder una indulgencia plenaria á la hora de la muerte, se halla hoy reservado á los Señores Obispos, á quienes Su Santidad lo concede, con facultad de comunicarlo á los Párrocos y otros Presbíteros á quienes lo tengan por conveniente en el Señor. Para conseguir esta indulgencia se requiere como circunstancias precisas

1.° Que el enfermo haya confesado sus pecados con verdadero arrepentimiento.

2.° Que tambien haya comulgado sacramentalmente, y en caso de no poder recibir estos Sacramentos, que al menos estando contrito pronuncie con la boca, y si no pudiere con el corazon, el santísimo nombre de Jesus.

3.° Que con ánimo paciente y pronto y con espíritu de resignacion reciba de las manos del Señor la muerte como castigo y pena del pecado; y

4.° Que esta Bendicion Papal con Indulgencia plenaria se ha de dar segun la fórmula prescrita por el Sumo Pontífice Benedicto XIV, y es la siguiente:

Benedictio in articulo mortis cum soleat impertiri post Sacramentum Pœnitentiæ, Eucharistiæ, et Extremæ Unctionis illis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant, seu verisimilitèr petiisent, vel dederint signa contritionis, impertienda iisdem est etiamsi postea linguæ, cæterorumque sensuum usu sint

destituti, aut in delirium vel amentiam inciderit. Excommunicatis verò, impenitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omninò deneganda.

Habens prædictam facultatem, ingrediendo cubiculum ubi jacet infirmus dicat: *Pax huic domui, &c.* et deinde ægrotum, cubiculum et circunstantes aspergat aqua benedicta, dicendo antiphonam *Asperges... &c.*

Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum et absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum Contritionis; de hujus benedictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat, atque hortetur, ut morbi incommoda, ac dolores in anteactæ vitæ expiationem libenter perferat. Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patiènter obeundam, in satisfactionem pœnarum, quas peccando promeruit. Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens forè ut ex divinæ munificentiæ largitate eam pœnarum remissione, et vitam sit consecuturus æternam. Postea dicat:

S. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, et terram.

ANTIPHONA.

Ne reminiscaris, Domine, delicta famuli tui (*vel* ancillæ tuæ) neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson. Pater noster...

S. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos á malo.

S. Salvum fac servum tuum (*vel* ancillam tuam).

R. Deus meus, sperantem in te.

S. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire, in te credentem, atque sperantem: secundum multitudinem miserationum tuarum, respice propitius famulum tuum (*vel* famulam tuam) N. quem tibi vera fides, et spes christiana commendant. Visita eum in salutari tuo, et per Unigeniti tui passionem, et mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem et veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui te Judicem propitiatum inveniat, et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vi-

tam mereatur perpetuam. Per cumdem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Tum, dicto ab uno ex clericis, aut adstantibus, *Confiteor, &c.* Sacerdos dicat: *Misereatur, &c. Indulgentiam, &c.* Deinde:

Dominus noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piisimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti: et ego facultate mihi ab Apostólica Sede tributa, indulgentiam plenariam, et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Per sacrosancta humanæ reparationis misteria, remittat tibi Omnipotens Deus omnes præsentis, et futuræ vitæ pœnas, Paradisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat te Omnipotens Deus, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

Si verò infirmus sit adeo morti proximus, ut neque Confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim Sacerdos dicat: *Dominus nóster, &c.* ut supra.

Conviene advertir que en la misma novisima Bula de Cruzada en su párrafo 1.º se concede al que la toma una indulgencia plenaria, que puede ganar á su arbitrio una vez que practique las diligencias y con las circunstancias que para ello se prescriben, por lo cual el que acaso no haya hecho antes intencion de ganar dicha indulgencia teniendo la Bula, ó que por no tenerla la tome en aquellos momentos, puede ganar la indulgen-

cia plenaria en aquella hora, supuesto siempre el cumplimiento de las diligencias prescritas:

Hé aquí los términos de la espresada concesion.

A todos y cada uno de los fieles cristianos que verdaderamente arrepentidos confesasen sus pecados dentro del sobredicho año y recibiesen devotamente el Santísimo Sacramento de la Eucaristía, ó que, no pudiendo recibir estos Sacramentos, á lo menos lo deseasen con un corazon contrito, damos y concedemos la indulgencia plenaria y remision de todos y cada uno de sus pecados que se habia acostumbrado conceder á los que iban á la recuperacion de la Tierra Santa, y que se acostumbra conceder en el año del Jubileo. No obstante, establecemos, que los que no puedan confesar sus pecados y que lo deseen con un corazon contrito, puedan gozar solamente de la sobredicha indulgencia plenaria, si en otra época hubiesen confesado dentro del tiempo que la Iglesia prescribe á todos los fieles, y no hubiesen descuidado cumplir con aquel precepto confiados en esta nuestra concesion.

Y como quiera que las gracias y privilegios de las Bulas no aprovechan al que no dà la limosna tasada por el señor Comisario, segun la categoría, rentas ó utilidades de cada cual, ha parecido conveniente trasladar aqui de la Instruccion sobre la Bula publicada en 1833, *lo res-*

pectivo al Sumario llamado de Cruzada para noticia y gobierno de los Confesores en los casos que puedan ocurrirles, toda vez que en este Sumario es donde se concede la indulgencia plenaria de que se ha hecho mencion.

SUMARIO COMUN DE VIVOS Ó DE CRUZADA.

Bula de Ilustres. Limosna 18 reales.

De esta clase deben tomarla las personas siguientes:

Los Emmos. Cardenales, Patriarcas, Primados, Arzobispos, Obispos, Prelados inferiores y Jueces eclesiásticos, que ejerzan jurisdiccion ordinaria, subdelegada, estraordinaria, parcial ó general, con tal que sea en juzgado establecido para ello, y con título, como son los Provisores, Vicarios, Visitadores y demás á estos semejantes, y los Canónigos y Dignidades de las Iglesias Catedrales.

Los Duques, Marqueses, Condes, Vizcondes y Señores de vasallos.

Los Comendadores mayores, los Embajadores, los Virreyes, los Capitanes generales, y todos los demas militares que tengan grado de coronel arriba inclusive.

Los Consejeros de cualquiera de los Consejos de S. M., los Alcaldes de corte, los Ministros togados de las Reales Chancillerías y Audiencias, y los Fiscales de dichos Tribunales, entendién-

dose todos aunque solo sean honorarios.

Los Contadores de las Contadurías mayores de Hacienda y Cuentas, y de la Santa Cruzada y Ordenes, el Contador general de Propios y Arbitrios, y todos los que en la córte sirven las Contadurías de Rentas generales, provinciales, Tabaco y otras de igual graduacion, y los Secretarios del Rey, con inclusion tambien de los que solo tengan horores.

Los Comendadores, Subcomendadores, Caballeros de todas las Ordenes militares y de la real y distinguida Orden de Cárlos III.

Los Intendentes de éjército y provincia, y los Comisarios ordenadores, aunque solo tengan honores de tales; los Corregidores de las capitales de provincia y los Regidores de ciudades y villas de voto en Córtes; como tambien las mugeres de los seglares en quienes concurran las cualidades arriba dichas, viviendo sus maridos, ó si aunque estos hayan muerto, usufructaren los títulos espresados y sus rentas.

Las demas personas deben dar la limosna de 3 rs. de vellon.

A falta del Sumario de Ilustres, podrán los que han de adquirirlo tomar seis de los de tres reales, cuidando de escribir sus nombres en todos ellos.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ.

Parochus ad decedentis animæ commendationem accedens, Clericum saltem unum, si potest, secum habeat, qui deferat vasculum aquæ benedictæ, superpelliceum et stolam violaceam, quibus ipse Sacerdos ante infirmi cubiculum indutus, locum ingrediens dicat:

Pax huic dómui, et ómnibus habitántibus in ea.

Deinde aspergat ægrotum, lectum, et circumstantes aqua benedicta, dicens:

Aspérges me, Dómine, hyssopo, et mundabor, &c.

Postea Salvatoris nostri Crucifixi imaginem ægroto osculandam præbeat, verbis efficacibus eum ad spem æternæ salutis erigens, ipsamque imaginem coram eo ponat, ut illam aspiciens salutis suæ spem sumat.

Deinde accensa candela, genibus flexis cum omnibus circumstantibus breves Littanias devote recitet, in hunc modum.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Sancta Maria, *ora pro eo* (vel *ea*).
Omnes sancti Angeli et Archangeli, *orate pro eo* (vel *ea*).
Sancte Abel, *ora.*
Omnis chorus Justorum, *orate.*
Sancte Abraham, *ora.*
Sancte Joannes Baptista, *ora.*
Sancte Joseph, *ora.*
Omnes sancti Patriarchæ, et Prophetæ, *orate.*
Sancte Petre, *ora.*
Sancte Paule, *ora.*
Sancte Andrea, *ora.*
Sancte Joannes, *ora.*
Omnes sancti Apostoli, et Evangelistæ, *orate.*
Omnes sancti Discipuli Do-

mini, *orate.*
Omnes sancti Inocentes, *orate.*
Sancte Stephane, *ora.*
Sancte Laurenti, *ora.*
Omnes sancti Mártyres, *orate.*
Sancte Silvester, *ora.*
Sancte Gregori, *ora.*
Sancte Augustine, *ora.*
Omnes sancti Pontifices, et Confessores, *orate.*
Sancte Benedicte, *ora.*
Sancte Francisce, *ora.*
Omnes sancti Monachi, et Eremitæ, *orate.*
Sancta Maria Magdalena, *ora.*
Sancta Lucia, *ora.*
Omnes sanctæ Virgines, et Viduæ, *orate.*
Omnes sancti, et sanctæ Dei, *intercedite pro eo* (vel *ea*).

Propitius esto, *parce ei, Domine.*
Propitius esto, *libera eum* (vel *eam*), *Domine.*
Propitius esto, *libera.*
Ab ira tua, *libera.*
A periculo mortis, *libera.*
A mala morte, *libera.*
A pœnis inferni, *libera.*
Ab omni malo, *libera.*
A potestate diaboli, *libera.*
Per Nativitatem tuam, *libera,*
Per Crucem, et Passionem tuam, *libera.*
Per mortem et sepulturam tuam; *libera.*
Per gloriosam Resurrectionem tuam, *libera.*
Per admirabilem Ascensionem tuam, *libera.*
Per gratiam Spiritus Sancti

Paracliti, *libera.*
In die Judicii, *libera.*
Peccatores, *te rogamus audi nos.*
Ut ei parcas, *te rogamus audi nos.*
Kyrie eleyson. Christe eleyson.
Kyrie eleyson.

Deinde cum in agone sui exitus animo anxiatur, dicantur sequentes orationes

ORATIO.

Proficiscere, anima christiana, de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis qui te creavit, in nomine Jesu Christi, Filii Dei vivi, qui pro te passus est: in nomine Spiritus Sancti, qui in te effusus est: in nomine Angelorum, et Archangelorum: in nomine Thronorum, et Dominationum: in nomine Principa-

tuum, et Potestatum: in nomine Cherubim, et Seraphim: in nomine Patriarcharum, et Prophetarum: in nomine sanctorum Apostolorum, et Evangelistarum: in nomine sanctorum Martyrum, et Confessorum: in nomine sanctorum Monachorum, et Eremitarum: in nomine sanctarum Virginum, et omnium Sanctorum, et Sanctarum Dei: hodie sit in pace locus tuus, et habitatio tua in sancta Sion. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

ORATIO.

Deus misericors, Deus clemens, Deus, qui secundum multitudinem miserationum tuarum pec-

cata pœnitentium deles, et præteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas; respice propitius super hunc famulum tuum (*vel* super hanc famulam tuam) N. et remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renova in eo (*vel* in ea), piissime Pater, quidquid terrena fragilitate corruptum, vel quidquid diabolica fraude violatum est, et unitati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Miserere, Domine, gemituum, miserere lacrymarum ejus: et non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuæ sacramentum reconciliationis admite. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Commendo te, Omnipotenti Deo, charissime frater (*vel* charissima soror), et ei, cujus es creatura, committo; ut cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris, ad Auctorem tuum, qui te de limo terræ formaverat, revertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore, splendidus Angelorum cœtus occurrat: Judex Apostolorum tibi natus adveniat: candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obviet: liliata rutilantium te Confessorum turma circumdet: jubilantium te Virginum chorus exipiat: et beatæ quietis in sinu Patriarcharum te com-

plexus abstringat: mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi jugiter interesse decernat. Ignores omne quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus Satanas cum satellitibus suis: in adventu tuo te comitantibus Angelis contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diflugiat. Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus: et fugiant qui oderunt eum, á facie ejus. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera á facie ignis, sic pereant peccatores á facie Dei: et justi epulentur, et exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur, et erubescant

omnes tartareæ legiones, et ministri Satanæ iter tuum impedire non audeant. Liberet te á cruciatu Christus qui pro te crucifixus est. Liberet te ab æterna morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus Filius Dei vivi intra Paradisi sui semper amœna virentia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibuspeccatis tuis te absolvat, atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, et præsens semper assistens, manifestissimam beatis occulis aspicias veritatem. Constitutus (*vel* Constituta) igitur inter agmina Beatorum contemplationis divinæ

dulcedine potiaris in sæcula sæculorum. R. Amen.

ORATIO.

Suscipe, Domine, servum tuum (*vel* famulam tuam) in locum sperandæ sibi salvationis á misericordia tua. R. Amen.

Libera, Domine, animan servi tui (*vel* famulæ tuæ) ex omnibus periculis inferni, et de laqueis pœnarum, et ex omnibus tribulationibus R. Amen.

Libera, Domine, animan servi tui (*vel* famulae tuae), sicut liberasti Henoch, et Eliam de communi morte mundi. R. Amen.

Libera, Domine, animan servi tui (*vel* famulae tuae), sicut liberasti Noe de diluvio. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui (*vel* famulae tuae), sicut liberasti Abraham de Ur Caldeorum.

R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui (*vel* famulae tuae), sicut liberasti Job de passionibus suis.

R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui (*vel* famulae tuae), sicut liberasti Isaac de hostia, et de manu patris sui Abrahae. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui (*vel* famulae tuae), sicut liberasti Lot de Sódomis, et de flamma ignis. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui (*vel* famulae tuae), sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis, Regis aegyptiorum. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui (*vel* famulae tuae), sicut liberasti Danielem de lacu leonum. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui (*vel* famulae tuae), sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis, et de manu Regis iniqui. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui (*vel* famulae tuae), sicut liberasti Susannam de falso crímine. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui (*vel* famulae tuae), sicut liberasti David de manu Regis Saul, et de manu Goliae. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui (*vel* famulae tuae), sicut liberasti Petrum, et Paulum de car-

ceribus. R. Amen.

Et sicut beatissimam Theclam, virginem, et martyrem tuam de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic liberare digneris animam hujus servi tui (*vel* famulae tuae), et tecum facias in bonis congaudere cœlestibus.

R. Amen.

ORATIO.

Commendamus tibi, Domine, animam famuli tui (*vel* famulae tuae), N. precamurque te, Domine Jesu Christe Salvator mundi, ut propter quam ad terram misericorditèr descendisti, Patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce, Domine, creaturam tuam, non á diis

alienis creatam, sed á te solo Deo vivo, et vero: quia non est alius Deus praeter te et non est secundum opera tua. Laetifica, Domine, animam ejus in conspectu tuo, et ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, et ebrietatum, quas suscitavit furor sive fervor mali desiderii. Licet enim peccaverit, tamen Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum non negavit, sed credidit, et zelum Dei in se habuit, et Deum qui fecit omnia, fidelitèr adoravit.

ORATIO.

Delicta juventutis, et ignorantias ejus, quaesumus ne memineris, Domine; sed secundum magnam misericordiam tuam memor

esto illius in gloria claritatis tuae. Aperiatur ei cœli, collaetentur illi Angeli. In regnum tuum, Domine, servum tuum (*vel* famulam tuam) suscipe. Suscipiat eum (*vel* eam) sanctus Michaël Archangelus Dei, qui miliciae cœlestis meruit principatum. Veniat illi obviam sancti Angeli Dei, et perducant eum (*vel* eam) in civitatem cœlestem Jerusalem. Suscipiat eum (*vel* eam) beatus Petrus Apóstolus, cui á Deo claves regni cœlestis traditae sunt. Adjuvet eum (*vel* eam) sanctus Paulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo (*vel* ea) sanctus Joannes, electus Dei Apóstolus, cui revelata sunt secreta cœlestia. Orent pro

Quod, et ea quæ sequuntur, ad illius aures, si videbitur, etiam sæpius repetat:

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Domine Jesu Christe, suscipe spiritum meum. Sancta Maria, ora pro me. Maria Mater gratiæ Mater misericordiæ, tu me ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

Egressa autem anima dicitur hoc:

Subvenite, Sancti Dei, occurrite, Angeli Domini: * Suscipientes animam ejus, * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

S. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahæ Angeli deducant te.

R. Suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi.

eo (*vel* ea) omnes sancti Apóstoli, quibus á Domino data est potesta ligandi atque solvendi. Intercedant pro eo (*vel* ea) omnes Sancti electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc sæculo sustinuerunt, ut vinculis carnis exutus (*vel* exuta) pervenire mereatur ad gloriam regni cœlestis, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicuntur hi Psalmi, videlicet, *Confitemini Domini, &c.* et totus Psalmus *Beati immaculati...* per horas distributus.

Cum vero tempus expirandi institerit, tunc maxime ab omnibus circunstantibus flexis genibus vehementer orationi instandum est. Ipse vero moriens, si potest, dicat, vel si non potest, asistens, sive Sacerdos pro eo clara voce pronuntiet:

Jesu, Jesu, Jesu.

S. Requiem æternam dona ei, Domine, et lux perpetua luceat ei.

R. Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster... *Secretó.*

S. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos á malo.

S. Requiem æternam dona ei, Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

S. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animan ejus.

S. Requiescat in pace.

R. Amen.

S. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui N. ut defunctus (*vel* famulæ tuæ N. ut defuncta) sæculo tibi vivat: et quæ per fragilitatem humanæ conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Amen.



EXEQUIARUM ORDO. (*)

Constituto tempore quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, Parochus indutus superpelliceo et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, Clerico præferente Crucem, et alio aquam benedictam, ad domum defuncti una cum aliis procedit.

Antequam cadaver efferatur, illud aspergit aqua benedicta: mox dicit Antiphonam:

Si iniquitates observáveris Domine, Domine ¿quis sustinebit?

Psalmus 129. De profundis clamavi ad te, Domine: * Domine, exáudi vocem meam.

Fiant áures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiônis meæ.

Si iniquitâtes observáveris Domine: * Domine quis sustinebit?

(*) In secundo triduo majoris hebdomadæ non possunt celebrari Exequiæ Defunctorum, et Officium et preces recitentur privatim.—*S. R. C.* 11 *Augusti* 1756.

Quia apud te propitiatio est: * et propter legem tuam sustínui te, Domine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperâvit ánima mea in Domino.

A custódia matutîna usque ad noctem; * speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericórdia: * et copiosa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem ætérnam.

Et repetit Antiphonam totam:

Si iniquitates...

Deinde cadaver effertur, Parochusque de domo procedens statim gravi voce intonat Antiphonam: *Exultabunt Domino,* et Cantores inchoant Psal-

mum *Miserere mei Deus, secundum magnam, &c.* Clero alternatim prosequente; ac si longitudo itineris postulaverit, dicantur alii Psalmi ex Officio mortuorum; et in fine; cujusque Psalmi dicitur, *Requiem æternam dona ei Domine...* Qui Psalmi devotè distinctè, gracique voce recitari debent usque ad Ecclesiam.

Ad ingressum Ecclesiæ repetitur Antiphona:

Exultabunt Domino ossa humiliâta.

Deinde Ecclesiam ingressi cantant Resp. Cantore incipiente, et Clero alternatim respondente, videlicet:

Subvenite, Sancti Dei, occurrite, Angeli Domini, * Suscipientes animam ejus, * Offerentes eam in conspectu Altissimi. ℣. Suscipiat te Christus, qui vocabit te: et in sinum Abrahæ Angeli deducant te. * Suscipientes... ℣. Requiem æternam dona ei, Domine, et lux perpetua luceat ei.

* Offerentes...

Deposito feretro in medio Ecclesiæ ita ut in Rituale Romanum prescriptum est, statim, nisi quid impediat, duo ex Clero incipiat absolutè Invitatorium Matutinum Defunctorum *Regem cui omnia vivunt...* et dicitur totum primum nocturnum ut infra, et duplicantur Antiphonæ.

Regem, cui omnia vivunt,
* Venite, adoremus.
Chorus repetit Regem...

Psalmus 94. Veníte, exultemus Dómino, jubilemus Deo salutari nostro; præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

Regem, cui...

Quoniam Deus magnus Dóminus, et Rex magnus super omnes deos; quoniam non repellet Dóminus plebem suam, quia in

manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipse conspicit.

Veníte...

Quoniam ipsíus est mare, et ipse fecit illud, et áridam fundavérunt manus ejus: Venite, adoremus, et procidamus ante Deum: plorémus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem pópulus ejus, et oves pascuæ ejus.

Regem, cui...

Hodiè si vocem ejus audieritis, nolíte obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secúndum diem tentationis in deserto: ubi tentavérunt me patres vestri, probaverunt, et vidérunt ópera mea.

Veníte...

Quadragínta annis próximus fui generationi huic, et dixi: Semper hi errant corde: ipsi verò non cognovérunt vias meas, quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Regem, cui...

Requiem æternam dona eis, Domine; et lux perpétua luceat eis.

Veníte, adoremus.

Regem, cui omnia vivunt. Veníte, adoremus.

Ant. Dirige...

Psalmus 5. Verba mea auribus percipe Dómine: * intèlige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ,

* Rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orábo: * Dómine, mané exaudies vocem meam.

Manè astábo tibi, et vidébo; * quóniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus, * neque permanébunt injusti ante oculos tuos.

Odísti omnes, qui operantur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam, * adorabo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in justitia

tua: propter inimícos meos dirige in conspéctu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eórum véritas: cor eórum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eórum; linguis suis dolosè agébant: * judica illos. Deus.

Décidant á cogitatiónibus suis; secúndum multitudinem impietátum eórum expélle eos, * quóniam irritaverunt te, Dómine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te: * in æternum exultábunt, et habitábis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum; * quóniam tu benedices justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ * coronasti nos.

Requiem æternam...

Ant. Dirige, Dñe. Deus meus, in conspectu tuo viam meam.

Ant. Convértere...

Psalmus 6. Dómine, ne in furore tuo árguas me, * neque in ira tua corripias me.

Miserere mei, Dómine, quoniam infírmus sum: * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbata est valdè: * sed tu, Dómine, úsquequo?

Convértere, Dómine, et éripe animam meam; * salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui; * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laboravi in gémitu meo; la-

vábo per síngulas noctes lectum meum, * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est á furóre ócculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discédite á me, omnes qui operámini iniquitatem, * quóniam exaudívit Dominus vocem fletus mei.

Exaudívit Dominus deprecatiónem meam; * Dominus, orationem meam suscèpit.

Erubéscant, et conturbentur vehementèr omnes inimici mei; * convertántur et erubescant valdè velócitêr.

Requiem æternam...

Ant. Convértere, Domine, et

éripe ánimam meam; quóniam non est in morte qui memor sit tibi

Ant. Nequando....

Psalmus 7. Domine Deus meus, in te sperávi: * salvum me fac ex omnibus persequéntibus me, et líbera me.

Nequando rápiat ut leo ánimam meam, * dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Domine Deus meus, si feci istud; * si est iníquitas in mánibus meis.

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam mérito ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam, et comprehendat, et concúlcet in terra vitam meam; *

et gloriam meam in púlverem deducat.

Exurge, Domine, in ira tua, * et exaltare in fínibus inimicórum meorum.

Et exurge, Domine Deus meus, in præcepto, quod mandásti; * et synagóga populorum circumdavit te.

Et propter hanc in altum regrédere: * Dominus júdicat pópulos.

Júdica me, Domine, secúndùm justítiam meam, * et secúndùm innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, et díriges justum, * scrutans corda et renes Deus.

Justum adjutorium meum á Domino, * qui salvos fecit rec-

tos corde.

Deus, judex justus, fortis, et pátiens: * ¿numquid irascitur per síngulos dies?

Nisi convérsi fuerítis gládium suum vibrábit: * arcum suum teténdit, et paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis: * sagíttas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam: * concépit dolorem, et péperit iniquitatem.

Lacum apéruit, et effódit eum; * et íncidit in fóveam, quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus; * et in vérticem ipsíus iníquitas ejus descéndet.

Confitebor Domino secúndùm justítiam ejus, * et psallam nómini Domini Altíssimi.

Requiem æternam...

Ant. Nequando rápiat ut leo ánimam meam, dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

℣. A porta ínferi. ℟. Erue, Domine, ánimas eórum.

Pater noster... *secreto.*

Lectiones leguntur sine absolutione, benedictionibus et titulo.

Lectio I. Job 7.

Parce mihi, Domine, nihil enim sunt dies mei. ¿Quid est homo, quia magníficas eum? ¿aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculò, et súbitò probas illum. ¿Usquequò non parcis mihi, nec dimíttis me ut glútiiam salívam meam? Peccávi;

¿quid fáciam tibi, ó Custos hóminum? ¿Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihimetípsi gravis? ¿Cur non tollis peccatum meum, et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce, nunc in púlvere dormiam, et si mané me quæsíeris, non subsistam.

Lectiones terminantur sine Tu autem... *vel alia conclusione.*

℟. Credo quód Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum; * Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum: ℣. Quem visurus sum ego ipse, et non álius, et oculi mei conspecturi sunt. * Et...

Lectio II. Job 10.

Tædet ánimam meam vitæ meæ: dimíttam advérsùm me eloquium meum, loquar in amaritúdine animæ meæ. Dicam Deo; Noli me condemnare: índica mihi cur me ita judices. ¿Nunquid bonum tibi videtur, si calumniéris me, et ópprimas me opus mánuum tuárum, et consílium impiorum ádjuves?. ¿Nunquid óculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, et tu videbis? ¿Nunquid sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humana sunt témpora, ut quæras iniquitatem meam, et peccatum meum scrutéris? Et scias, quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo qui de manu tua pos-

sit eruere.

Resp. Qui Lázarum resuscitasti á monumento fœtidum, * Tu eis, Domine, dona requiem, et locum indulgentiæ. Qui venturus es judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. * Tu eis...

Lectio III. Job 10.

Manus tuæ fecérunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu: ¿et sic repentè præcípitas me? Memento, quæso, quod sicut lutum féceris me, et in pulverem reduces me. ¿Nonnè sicut lac mulsísti me, et sicut cáseum me coagulásti? Pelle et carnibus vestísti me: óssibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tríbuisti mihi, et visitatio tua cus-

todívit spíritum meum.

℟. Domine, quando veneris judicare terram, ¿ubi me abscondam á vultu iræ tuæ? * Quia peccavi nimis in vita mea. ℣. Commíssa mea pavesco, et ante te erubesco: dum veneris judicare, noli me condemnare. * Quia peccavi nimis... ℣. Requiem æternam dona eis, Domine; et lux perpétua luceat eis. * Quia...

Finito officium, Sacerdos cum ministris paratur ad celebrandam Missam solemnem pro defuncto, si tempus congruens fuerit, ut in die depositionis in Missali Romano.

Finita Missa, Sacerdos, depòsita casulla, seu planeta et manipulo, accipit pluviale nigri coloris, et Subdiaconus accipit crucem, et accedit ad feretrum, et se sistit ad caput defuncti cum cruce medius inter duos Acólythos, seu Ceroferarios, cum candelabris et candelis accensis, et omnes alii de Clero veniunt ordinatim in gradu suo cum candelis accensis, et stant in circuitu feretri: tum

sequitur Sacerdos cum Diácono, et assistente eo aliisque ministris, et facta reverentia altari, sistit se contra crucem ad pedes defuncti, retrò adstántibus ei á sinistris duobus Acolythis, uno cum thuríbulo et navícula incensi, áltero cum vase aquæ benedictæ et aspersorio, et Acolytho, seu Clerico tenente librum, absolutè dicit sequentem Orationem.

Non intres in judicium cum servo tuo Domine; quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei christianæ commendat: sed gratia tua illi succurrente, mereatur evádere judicium ultionis, qui, dum viveret, insignitus est signáculo sanctæ Tri-

nitatis. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Deinde Cantore incipiente, Clerus circumstans cantat sequens Responsorium:

Libera me, Dominè, de morte aeterna; in die illa tremenda. * Quando cœli movendi sunt et terra: * Dum veneris judicare saeculùm per ignem. ℣. Tremens factus sum ego, et timeo dum discussio venerit, atque ventura ira. * Quando cœli movendi sunt et terra. ℣. Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae, dies magna, et amara valdè. * Dum veneris... ℣. Requiem aeternam dona ei Domine, et lux perpetua luceat ei. ℟. Libera me, Domine...

Dum cantatur prædictum Responsorium, Sacerdos, Acólytho seu Diácono ministrante, accipit incensum de navicula, et ponit in thuribulum, et finito Responsorio, Cantor cum primo choro dicit, et secundus chorus respondet:

Kyrie eleyson.

Deinde omnes simul dicunt:

Christe eleyson.
Kyrie eleyson.

Mox Sacerdos dicit alta voce, *Pater noster, etc.* et secreto dicitur ab omnibus et ipse interim accipit á Diacono vel Acolytho aspersorium aquæ benedictæ, et facta profunda inclinatione Cruci quæ est ex adverso Diacono, seu ministro genuflectente, et fimbrias pluvialis sublevante: circumiens feretrum (si transit ante Sacramentum genuflectit) aspergit corpus defuncti; deinde reversus ad locum suum, Diacono ministrante, accipit thuribulum, et eodem modo circuit feretrum et corpus incensat, ut asperserat: postea reddito thuríbulo ei á quo acceperat, stans in loco suo, Acolytho, seu alio ministro tenente librum apertum ante se, dicit:

℣. Et ne nos inducas in ten-

tationem.

℟. Sed libera nos á malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue, Domine, animam ejus

℣. Requiescat in pace.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri semper et párcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui (*vel* famulae tuae) N. quam hodie de hoc saeculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici: neque obliviscaris

in finem; sed jubeas eam á sanctis Angelis suscipi, et ad patriam paradisi perduci: ut quia in te speravit et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, in oratione dicatur,

pro anima famuli tui N. Sacerdotis, quam hodie, *etc.*

Finita Oratione, corpus defertur ad sepulchrum, et dum portatur, Clerici cantant Antiphonam:

In paradisum deducant te Angeli: in tuo adventu suscipiant te Mártyres, et perducant te in civitatem sanctam Jerusalem. *Aña.*

Chorus Angelorum te suscipiat, et cum Lázaro quondam paupere aeternam habeas requiem.

Postea intonet Antiphonam.

Ego sum resurrectio.

Et dicitur Canticum Benedictus.

Benedictus Dominus Deus Isráël, * quia visitavit, et fecit redemptionem plevis suae:

Et erexit cornu salutis nobis: * in domo Davit pueri sui:

Sicut locutus est per os sanctorum, * qui à saeculo sunt, prophetarum ejus:

Salutem ex inimicis nostris, * et de manu omnium, qui oderunt nos:

Ad faciendam misericordiam

cum pátribus nostris: * et memorári testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis.

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi:

In sanctitate, et justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, propheta Altissimi vocáberis: * praeibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus:

Ad dandam sciéntiam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatorum eorum:

Per víscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos, oriens ex alto:

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem aeternam.

Et repetitur Antiphona

Ego sum resurrectio et vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum.

Postea Sacerdos dicit: Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster...

Interim corpus aspergit.

S. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed líbera nos á malo.

S. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam ejus

S. Requiescat in pace.

R. Amen.

S. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Fac, quaesumus Domine, hanc cum servo tuo defuncto (*vel* famula tua defuncta) misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui (*vel* quae) tuam in votis tenuit voluntatem; ut sicut hic eum (*vel* eam) vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum (*vel* eam) tua

miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

S. Requiem æternam dona ei Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

S. Requiescat in pace.

R. Amen.

S. Anima ejus, et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

Deinde á sepultura in Ecclesiam, vel in Sacristiam revertentes, dicat sine cantu Antiphona *Si iniquitates*, cum Psalmo *De profundis*, etc. *Requiem æternam dona eis, Domine...* (*Fol.* 65.)

DE OFFICIO FACIENDO IN EXEquiis, absente corpore defuncti, et in die tertio, septimo, trigesimo et anniversario.

Si faciendæ sint exequiæ, abstente corpore eo

die quo bene visum fuerit, in Ecclesia dicatur Officium mortuorum cum tribus nocturnis, et Laudibus, et antiphonis dupplicatis, vel saltem unum nocturnum cum tribus lectionibus et Laudibus et Missa. Post Missam, Celebrans deponit manipulum et planetam, accipit pluviale nigri coloris, et præcedentibus Subdiacono cum cruce et clero et duobus ceroferariis cum luminaribus accensis et duobus acolythis, uno cum navicula incensi et thuribulo, et altero cum vasculo aquæ benedictæ et aspersorio accedit cum Diacono á sinistris ad locum túmuli, et ibi á circumstante clero cantatur, ℟. *Libera me, Domine...* ut suprà 79. Interim ministratur incensum, benedicitur et imponitur in thuribulum. Postea dicitur:

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson. *Sacerdos dicit:* Pater noster...

Et dum secreto dicitur accipit aspersorium, circuit tumbam aspergens, deinde incensat eodem modo ut dictum est. Postea dicit:

S. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos á malo.

S. A porta inferi.

R. Erue Domine animam ejus.

S. Requiescat in pace.

R. Amen.

S. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Absolve, quæsumus, Domine, animam famuli tui (*vel* famulæ tuæ) N. ut defunctus (*vel* defuncta) sæculo tibi vivat, et peccata, quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Vel dicatur Oratio, quæ dicta est in Missa, vel alia conveniens.

S. Requiem æternam dona ei Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

S. Requiescat in pace.

R. Amen.

Si officium fuerit pro pluribus defunctis, oratio et versus dicatur in plurali numero: si fuerit mulier in genere femenino; si fuerit Sacerdos, vel Episcopus in oratione exprimitur nomen dignitatis, etc.

Prædictus autem officii ritus pro defunctis adultis, tam Sacerdotibus et clericis, cuam sæcularibus et laicis servari debet in officio sepulturæ in die depositionis, sive in die tertio, septimo, trigesimo, et anniversario.



EXEQUIARUM ORDO

PRO PARVULIS.



Accendentes Parochus superpelliceo et stola alba indutus, Clerici cum superpelliceis, et Clericus cum cruce sine hasta ad domum defuncti, Parochus aspergit cadaver aquâ benedicta, et dicit:

Antiphona. Sit nomen Dómini benedíctum, ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Psalmus 112.

Laudáte, púeri, Dóminum: * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, es usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes

Dóminus, * et super cœlos glória ejus.

¿Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humilia réspicit in cœlo et in terra?

Súscitans à terra ínopem, * et de stércore érigens paúperem.

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Gloria Patri, et Filio...

Repetitur Antiphona.

Sit nomen Dómini benedíctum, ex hoc nunc, et usque insæculum.

Antiphona. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster... ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed lí-

bera nos á malo. ℣. Me autem propter innocéntiam suscepísti. ℟. Et confirmásti me in conspectu tuo in ætérnum. ℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS

Omnípotens, et mitíssime Deus, qui ómnibus párvulis renátis fonte Baptísmatis, dum migrant á sæculo, sine ullis eórum méritis vitam íllicò largíris ætérnam, sicut ánimæ hujus párvuli hódiè crédimus te fecísse; fac nos, quæsumus, Dómine, per intercessiónem beátæ Mariæ semper Vírginis, et omnium Sanctórum tuórum, hic purificátis tibi méntibus famulári, et in paradíso cum beátis párvulis perénnitèr sociá-

ri. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dum portatur ad Ecclesiam.

Antiphona. Júvenes, et vírgines, senes cum junióribus, laudáte Dóminum de cœlis.

Psalmus 148.

Laudáte Dóminum de cœlis: * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum, omnes Angeli ejus: * laudáte eum, omnes Virtútes ejus.

Laudáte eum, sol et luna: * laudáte eum, omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum: * et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini;

Quia ipse dixit et facta sunt:

* ipse mandávit, et creata sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra: * dracónes et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt verbum ejus.

Montes, et omnes colles: * ligna fructífera, et omnes cedri:

Béstiæ, et univérsa pécora: * serpéntes, et vólucres pennatæ.

Reges terrae, et omnes pópuli, * príncipes, et omnes júdices terrae.

Júvenes, et vírgines, senes cum junióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cœlum

et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus Sanctis ejus * fíliis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Psalmus 149.

Cantáte Dómino cánticum novum: * laus ejus in Ecclesia sanctórum.

Laetétur Israel in eo, qui fecit eum; * et fílii Sion exúltent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro:* in tympano, et psaltério psallant ei

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo; * et exaltavit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória: * laetabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum; * et gládii ancípites in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus; * increpatiónes in pópulis:

Ad alligandos reges eórum in compédibus; * et nóbiles eórum in mánicis férreis

Ut fáciant in eis judícium conscriptum: * glória haec est ómnibus Sanctis ejus.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in Sanctis ejus: * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubae: * laudáte eum in psaltério, et cíthara

Laudáte eum in tympano, et choro: * laudáte eum in chordis, et órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis. * Omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri...

Antiphona. Júvenes, et vírgines, senes cum junióribus, laudáte Dóminum de cœlis.

Cum autem pervenit ad Ecclesiam: dicatur:

Antiphona. Hic accípiet benedictiónem à Dómino, et misericórdiam à Deo salutári suo; quia haec est generátio quaeréntium Dóminum.

Psalmus 23

Dómini est terra, et plenitúdo ejus: * orbis terrárum, et univérsi, qui hábitant in eo:

Quia ipse super mária fundávit eum, * et super flúmina praeparávit eum.

¿Quis ascéndet in montem Dómini? * ¿aut quis stábit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde; * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem á Dómino, * et misericòrdiam á Deo salutári suo.

Haec est generátio quaeréntium eum, * quaeréntium fá-

ciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portae aeternáles; * et introíbit rex gloriae.

¿Quis est iste rex glóriae? * Dóminus fortis et potens; Dóminus potens in praelio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portae aeternáles; * et introíbit rex gloriae.

¿Quis est iste rex gloriae? * Dóminus virtútum ipse est rex gloriae.

Glória Patri... Sicut erat...

Antiphona. Hic accípiet benedictiónem à Dómino, et misericórdiam à Deo salutári suo, quia haec est generátio quaeréntium Dóminum.

Kyrie eléyson. Christe eleyson. Kýrie eleyson. Pater nos-

ter... ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Sínite párvulos veníre ad me. ℟. Tálium est enim regnum cœlórum. ℣. Dóminus vobíscúm. ℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens sempitérne Deus, sanctae puritátis amátor, qui ánimam hujus párvuli ad cœlorum regnum hódiè misericórditèr vocáre dignátus es; dignéris etiam, Dómine, ita nobíscum misericórditèr ágere, ut méritis tuae sanctíssimae Passiónis, intercessione beátae Mariae semper Vírginis, et ómnium Sanctórum tuórum in eódem regno cum ómnibus Sanctis et Eléctis tuis semper fácias con-

gaudére. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia saecula saeculórum. ℟. Amen.

Dum cantatur Canticum Benedícite... *Sacerdos aspergit corpus aquâ benedictâ et thurificat; similiter et tumulum; postea sepelitur cadaver; et revertentur ad Ecclesiam.*

Antiphona. Benedícite Dóminum omnes Elécti ejus, ágite dies laetítiae, et confitémini illi.

CANTICUM TRIUM PUERORUM.

Dan. 23.

Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte, et superexaltáte eum in saecula.

Benedícite Angeli Dómini, Dómino:* benedícite, cœli, Dómino.

Benedícite, aquae omnes quae super cœlos sunt, Dómino: * benedícite, omnes Virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, sol et luna, Dómino: * benedícite, stellae coeli, Dómino.

Benedícite, omnis imber et ros, Dómino: * benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis et aestus, Dómino: * benedícite, frigus et aestus, Dómino.

Benedícite, rores et pruína, Dómino: * benedícite, gelu et frigus, Dómino.

Benedícite, glácies et nives, Dómino: * benedícite, noctes et dies, Dómino.

Benedícite, lux et ténebrae,

Dómino: * benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * laudet, et superexáltet eum in saecula.

Benedícite, montes et colles, Dómino: * benedícite, univérsa germinântia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete et ómnia quae moventur in aquis, Dómino: * benedícite, omnes vólucres coeli, Dómino.

Benedícite, omnes béstiae et pécora, Dómino: * benedícite, fílii hóminum, Dómino.

Benedícat Israel Dóminum: * laudet et superexáltet eum in

saecula.

Benedícite, Sacerdótes Dómini, Dómino; * benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite; spíritus et ánimae justórum, Dómino: * benedícite, sancti et húmiles corde, Dómino.

Benedícite,Ananía Azaría, Mísael, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in saecula.

Benedicámus Patrem, et Filium, cum sancto Spíritu: * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto coeli; * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

Antiphona. Benedícite Dóminum, omnes Electi ejus, ágite dies lætítiæ, et confitémini illi.

Reversus ad altare dicit:

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispensas: concéde propítius, ut á quibus tibi ministrántibus in coelo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Christum...

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo gratias. ℣. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟.. Amen.

ORDO CELEBRANDI

MATRIMONII SACRAMENTUM.

Stante igitur viro ad dexteram, muliere vero ad sinistram, Parochus conversus ad eos primum exponat fructus et effectus hujus Sacramenti, vulgari sermone, juxta præscriptum Concilii Tridentini, his verbis ex doctrina Romani Cathecismi excerptis, vel aliis, ut libuerit.

Mirad, hermanos, que celebrais el Sacramento del Matrimonio, que es para la conservacion del género humano necesario, y á todos, si no tienen algun impedimento, les es concedido. Fué instituido por nuestro Dios en el paraiso terrenal, y santificado con la real presencia de Cristo Redentor nuestro. Es uno de los siete Sacramentos de la Iglesia,

en la significacion grande, y en la virtud y dignidad no pequeño. Da gracia á los que le contraen con puras conciencias, con la cual sobrepujan las dificultades y pesadumbres á que están los casados sujetos por todo el discurso de la vida. Y para que cumplan con el oficio de casados cristianos, y satisfagan á la obligacion que han tomado á su cargo, habeis de considerar diligentemente el fin á que habeis de enderezar todas las obras de la vida. Porque lo primero, este Sacramento se instituyó para tener sucesion, y que procureis dejar herederos, no tanto de vuestros bienes, cuanto de vuestra Fé, Religion y virtud, y para que os

ayudeis el uno á el otro á llevar las incomodidades de la vida y flaqueza de la vejez. Ordenad, pues, así la vida que os seais descanso y alivio el uno á el otro, cortando de antemano todas las ocasiones de disgustos y molestias. Finalmente, el Matrimonio fué concedido á los hombres para que huyesen de la fornicacion, teniendo el marido su muger y la muger su varon. Por lo cual, os habeis de guardar mucho de no estragar el santo casamiento, trocando la concesion de la flaqueza en solo el deleite, no apeteciéndole fuera de los fines del matrimonio, pues así lo pide la fé que el uno al otro os habeis dado. Porque celebrando el ma-

trimonio (como dice el Apóstol) ni el varon ni la muger tienen señorío sobre su cuerpo. Y así, antiguamente los adúlteros eran castigados con severísimas penas, y ahora lo serán de Dios, que es el vengador de los agravios y desacatos que se hacen á la pureza de los Sacramentos. Pide la dignidad de éste, que significa la union de Cristo con la Iglesia, que os ameis el uno al otro como Cristo amó á la Iglesia. Vos, varon, compadeceos de vuestra muger como de vaso mas flaco: compañera os daremos, y no sierva. Así Adan, nuestro primer padre, á Eva, formada de su lado, en argumento de esto, la llamó compañera. Os ocupareis en eger-

cicios honestos, para asentar vuestra casa y familia; así para conservar vuestro patrimonio, como para huir del ócio, que es la fuente y raiz de todos los males. Vos, esposa, habeis de estar sujeta á vuestro marido en todo; despreciareis el demasiado y superfluo ornato del cuerpo en comparacion de la hermosura de la virtud; con gran diligencia habeis de guardar la hacienda; no saldreis de casa, si la necesidad no os llevare, y esto con licencia de vuestro marido: sed como vergel cerrado, fuente sellada por la virtud de la castidad. A nadie, despues de Dios, ha de amar mas, ni estimar mas la muger que á su marido, ni el marido

mas que á su muger. Y así, en todas las cosas que no contradicen á la piedad cristiana, se procuren agradar. La muger obedezca y obsequie á su marido; el marido por tener paz, muchas veces pierda de su derecho y autoridad. Sobre todo, pensad como habeis de dar cuenta á Dios de vuestra vida, de la de vuestros hijos, y de toda la familia. Tened el uno y el otro gran cuidado de enseñar á los de vuestra casa el temor de Dios. Sed vosotros santos, y toda vuestra casa, pues es Santo nuestro Dios y Señor, el cual os acreciente con gran sucesion, y despues del curso de esta vida os dé la eterna felicidad, el que con el

Padre, y con el Espíritu Santo vive y reina en los siglos de los siglos. Amen.

His expositis Sacerdos alloquitur contrahentes et testes in hunc modum.

Yo os requiero y mando, que si os sentís tener algun impedimento, por donde este matrimonio no pueda ni deba ser contraido, ni ser firme y legítimo; conviene á saber, si hay entre vosotros impedimento de consanguinidad, afinidad, espiritual parentesco ó pública honestidad; si está ligado alguno de vosotros con voto de castidad, religion, desposorios, ó matrimonio con otra persona; finalmente, si hay entre vosotros algun otro impe-

dimento, que luego claramente lo manifesteis.

Lo mismo mando á los que están presentes. Segunda y tercera vez os requiero, que si teneis ó sabeis algun impedimento, lo manifesteis libremente.

Si á todo esto, así los contrayentes como los testigos, dicen que no tienen, ni saben de impedimento alguno, empezará por la contrayente á preguntarla así:

Sac. Señora N. ¿quiere V. á el Señor N. por su legítimo esposo y marido por palabras de presente, como lo manda la Santa, Católica y Apostólica Iglesia Romana?

R. Sí quiero.

Sac. ¿Se otorga V. por su esposa y muger?

R. Sí me otorgo.

Sac. ¿Le recibe V. por su esposo y marido?

R. Sí le recibo.

Ahora le preguntará al contrayente así:

Sac. Señor N. ¿quiere V. á la Señora N. por su legítima esposa y muger, por palabras de pre sente, como lo manda la Santa, Católica y Apostólica Iglesia Romana?

R. Sí quiero.

Sac. ¿Se otorga V. por su esposo y marido?

R. Sí me otorgo.

Sac. ¿La recibe V. por su esposa y muger?

R. Sí la recibo.

Ahora les dice:

Dense VV. las manos derechas.

Y dadas, les dirá:

Y yo de parte de Dios Todopoderoso, y de los bienaventurados Apóstoles San Pedro y San Pablo, y de la Santa Madre Iglesia os desposo, y este Sacramento entre vosotros confirmo en el nombre del Padre, y del Hijo, ✠ y del Espíritu Santo. Amen.

ORDO CELEBRANDI

SACRAMENTUM MATRIMONII

PER PROCURATOREM.

Ningun Párroco sin haber recibido mandamiento del Ordinario, en forma, y sin conocer al poderhabiente puede proceder á la celebracion de esta clase de Matrimonios.

Las bendiciones nupciales, no pueden ni deben darse por los Párrocos á los procuradores que en virtud de poder hayan contraido matrimonio en nombre de sus representados, sino á los propios esposos despues de haberse aprobado y ratificado por ellos mismos el Matrimonio contraido en virtud de sus poderes.

Los Párrocos exhortarán eficazmente á los esposos que se hallen en este caso, á que no consumen al matrimonio sin que haya precedido la ratificacion.

Estando ausente uno de los que han de contraer.

El Párroco, en presencia de dos testigos á lo menos, y de los demas asistentes á la solemnidad de los desposorios, hará la siguiente monicion:

El Sr. N. como procurador que es del Sr. N. y en virtud del poder especial que de él tiene, quiere contraer matrimonio por palabras de presente, como Dios nuestro Señor lo manda, y lo ordena la Santa Iglesia Católica, Apostólica, Romana, con la Se-

ñora N. que está presente: por tanto, si alguno de vosotros supiere algun impedimento por el cual este matrimonio no pueda ni deba ser contraido, ni ser legítimo, lo manifestará inmediatamente.

Los impedimentos que para ello puede haber, son: Si entre estos contrayentes hay parentesco de consanguinidad ó afinidad, voto, cognacion espiritual, ó de pública honestidad, ó si alguno de los dichos ha hecho voto de castidad, ó de entrar en Religion, ó prometido legal y válidamente esponsales á otra persona, ó contraido con alguna otro matrimonio cuyo lazo exista.

Por segunda y tercera vez amo-

nesto á todos lo manifiesten.

Si no resultare, preguntará á la muger:

Sra. N. ¿os dais y otorgais por esposa y muger del Sr. N. que está presente, como procurador del Sr. N. en virtud del poder especial que tiene de él al efecto, como lo manda la Santa Iglesia Católica, Apostólica, Romana?

R. Sí doy y otorgo.

Luego preguntará el Cura al procurador del contrayente en esta forma:

Sr. N. como procurador especial que sois del Sr. N. y en virtud del poder que de él teneis, ¿os dais y otorgais en su nombre por esposo y marido de la Sra. N. como lo manda la Santa Iglesia Católica, Apostólica,

Romana? R. Sí doy y otorgo.

Luego el Párroco, mandando á los contrayentes que se den las manos derechas haciendo intencion de hacer y recibir el santo Sacramento del Matrimonio, dirá:

Y yo, en el nombre de Dios Todopoderoso, y de los santos Apóstoles S. Pedro y S. Pablo, y de la Sta. Madre Iglesia Católica, Apostólica, Romana, junto en verdadero matrimonio á la Sra. N. que está presente y al Sr. N. que está ausente, y en su nombre y representacion al Sr. N. en virtud del poder que al efecto le ha conferido, y confirmo este Sacramento en el nombre del Padre ✠, y del Hijo, y del Espíritu Santo.

Cuando ambos contrayentes hubiesen de desposarse por poderes.

En este caso se observará y guardará lo anteriormente dispuesto y ordenado para el desposorio que haya de celebrarse estando ausente uno de los que han de contraer, y se hará la monicion siguiente:

El Sr. N. como procurador que es del Sr. N. y en virtud del poder especial que de él tiene, quiere contraer matrimonio por palabras de presente, como Dios nuestro Señor lo manda, y lo ordena la Sta. Madre Iglesia Católica, Apostólica, Romana, con la Sra. N. como procurador que es de la Sra. N. y en virtud del poder especial que ella le ha conferido. Si entre vosotros hay quien sepa algun inpedimento &

Luego el Párroco preguntará al procurador de la contrayente de este modo:

N. como procurador que sois de la Sra. N. y en virtud del poder especial que de ella teneis, ¿os dais y otorgais por esposa y muger del Sr. N. cuya representacion tiene el Sr. N. como su procurador, y en virtud del poder especial que de él tiene, como Dios nuestro Señor lo manda, y ademas lo ordena nuestra Sta. Madre la Iglesia Católica, Apostólica, Romana?

R. Sí doy y otorgo.

Luego preguntará al procurador del contrayente de este modo:

Sr. N. como procurador que sois del Sr. N. y en virtud del poder especial que de él teneis,

¿os dais y otorgais por esposo y marido de N. como procurador que es de la Sra. N. en virtud del poder especial que de ella tiene, como Dios nuestro Señor lo manda y lo ordena nuestra Santa Madre la Iglesia Católica, Apostólica, Romana?

Luego el Cura mandará se den las manos derechas, como está prevenido anteriormente, y dirá:

Y yo, en el nombre de Dios Todopoderoso, y de los santos Apóstoles S. Pedro y S. Pablo, y de la Santa Madre Iglesia Católica, Apostólica, Romana, junto en verdadero matrimonio á N. ausente, y en su nombre á N. como su especial apoderado, y á N. tambien ausente, y en

su nombre á N. en virtud del poder especial que le confirió, y confirmo este Sacramento, en el nombre del Padre ✠, y del Hijo, y del Espíritu Santo. Amen.

FORMA PARA RATIFICAR EL matrimonio contraido en virtud de poderes.

Antes que se ratifique el matrimonio contraido por poderes hasta cuyo caso no deben consumarlo los desposados, deberá el Párroco haber obtenido de su Ordinario la licencia correspondiente para la ratificacion; la que teniéndola en su poder, y no en otra forma, procederá á ella estando presentes los esposos y conveniente número de testigos, y preguntará al que hubiese dado el poder:

N. ¿Aprobais y ratificais el matrimonio que N. vuestro procurador especial en nombre vuestro contrajo con N. que está presente, en virtud del poder que para ello le conferisteis, y que públicamente y segun órden de nuestra Santa Madre la Iglesia Católica, Apostólica: Romana, se celebró en

mi presencia (ó de N. Cura de N., ó de N. Sacerdote autorizado legítimamente al efecto)?

R. Sí apruebo y ratifico.

Luego preguntará al desposado que celebró el matrimonio personalmente:

N. ¿Aprobais y ratificais el matrimonio que con vos contrajo N. y en su nombre y representacion N. su procurador especial, en virtud del poder que para ello le dió, y que públicamente se celebró segun órden de nuestra Santa Madre la Iglesia Católica, Apostólica, Romana, en mi presencia (ó de N. Cura de tal parte, ó de N. Sacerdote autorizado legítimamente al efecto)?

R. Sí apruebo y ratifico.

En seguida dirá el Párroco:

Y yo, en nombre de Dios Todopoderoso, y de los santos Apóstoles S. Pedro y S. Pablo, y de nuestra Santa Madre la Iglesia Católica, Apostólica, Romana, recibo esta aprobacion y ratificacion del matrimonio entre vosotros contraido y celebrado, en el nombre del Padre †, y del Hijo y del Espíritu Santo. Amen.

Cuando los dos Esposos hayan contraido su matrimonio por poderes, á ambos sucesivamente se les hará la pregunta primera, omitiendo la segunda, que se hace únicamente á aquel de los Esposos que contrajo personalmente.

RITUS ET COEREMONIAE BENEdictionis nuptialis, et Missæ pro Sponso et Sponsa.

Cum sponsi volunt, post contractum matrimonium[1], benedictionem Missæ nuptialis accipere, constitutis ipsis ante fores Ecclesiæ, Sacerdos, accedit ad eos indutus amictu, alba, stola et pluviali albi coloris, precedentibus Ministris cum Cruce et aspersorio. Primum computet arrhas, quæ solent esse tredecim nummi; quibus in patella possitis, simul cum duobus annulis aureis vel argenties faciat benedictionem arrharum, et annulorum hoc modo:

Benedictio arrhárum.

S. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, et terram.

S. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

S. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Benedic, Domine, has arrhas, quas hodie tradit famulus tuus hic in manum ancillæ tuæ, quemadmodum benedixisti Abraham cum Sara, Isaac cum Rebecca, Jacob cum Rachel; dona super eos gratiam salutis tuæ, abundantiam rerum, et constantiam operum; florescant sicut rosa in Jericho plantata, et Dominum nostrum Jesum Christum timeant et adorent ipsum, qui trinum possidet Numen, cujus regnum et imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum, R. Amen.

OREMUS.

Domine Deus Omnipotens, qui in similitudinem sancti connubii Isaac cum Rebecca, per intercessionem arrharum Abrahæ famuli tui, copulari jussisti, ut oblatione munerum numerositas cresceret filiorum: quæsumus omnipotentiam tuam, ut ad hanc oblationem arrharum (quas hic famu-

lus tuus, dilectæ suæ sponsæ offerre procurat) sanctificator accedas, eosque cum suis muneribus propitius bene✝dicas, quatenus tua benedictione protecti, et invicem dilectionis vinculo innèxi, gaudeant felicitèr cum tuis fidelibus perennitèr mancipari. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Benedictio annulorum.

Benedic, Domine, hos annulos quos in tuo nomine benedicimus: ut qui eos portaverint, in tua voluntate permaneant, et in amore tuo vivant, senescant, et multiplicentur in longitudinem dierum. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Creator, et conservator generis humani, dator gratiæ spiritualis, largitor æternæ salutis; tu, Domine, tuam mitte bene✝dictionem super hos annulos, ut qui hoc fidelitatis signo insignitus incesserit, in virtute cœlestis defensionis, ad æternam vitam sibi proficiat. Per Christum Dominum

nostrum. R. Amen.

Benedictio Dei Pa ✠ tris Omnipotentis, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ Sancti descendat, et maneat super hos annulos, et has arrhas. R. Amen.

Et aspergat Sacerdos annulos, arrhas, et circunmstantes aqua benedicta. Deinde Sacerdos accipit alterum annulum inter primus tres digitos dicens:

Benedic, ✠ Domine, hunc annulum, ut ejus figura pudicitiam custodiat.

Et infigit illum in digitum quartum dexteræ manus sponsi, dicens:

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Pari modo alterum annulum accipit, et benedicit, ut supra, et tradit eum sponso, qui accipiens illum tribus digitis, infigit illum in quarto digito manus dexteræ ipsius sponsæ. Mox junctis manibus sponsæ inferius et desuper manibus sponsi, sponsus dimittat arrhas in manibus sponsæ, dicens, hæc verba præeunte Sacerdote:

Esposa, este anillo y estas arras os doy en señal de matrimonio. *Responderá ella:* Yo lo recibo.

Et deponit arrhas in patellam. Deinde dicit Sacerdos:

℣. Manda, Deus, virtuti tuæ; confirma hoc, Deus, quod operatus est in nobis. ℣. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem, tibi offerent Reges munera. ℣. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, ut excludant eos, qui probatis sunt argento. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. ℟. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster.....

S. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos á malo.
S. Salvos fac servos tuos.
R. Deus meus sperantes ie te.
S. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS,

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, bene ✝ dic conjuges istos, et semina semen

vitæ in mentibus eorum: ut quidquid majestati tuæ gratum esse intellexerint, opere compleant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Tunc Sacerdos apprehendens manum dexteram utriusque conjugis, introducat eos in Ecclesiam, dicens:

Psalmus 127. Beati omnes, qui timent Dominum, * qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum quia manducabis, * beatus es, et benè tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans, * in lateribus domus tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivarum * in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, * qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: * et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum * pacem super Israel.

Gloria Patri, &c, Sicut erat.....

Cum pervenerint ad altare flectunt genua, et Sacerdos, conversus ad eos, dicit:

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster.....

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos á malo.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Benedicat Deus vestri oris eloquia. Amen. Cor vestrum sinceri amoris cópulet nexu perpetuo. Amen. Floreatis cum præsentium copiis, fructificetis decentèr in filiis, gaudeatis perennitèr cum amicis. Amen. Tribuat vobis Dominus dona perennia, parentibus, et amicis felicitèr dilatata, et cunctis gaudia sempiterna. R. Amen.

OREMUS.

Benedicat vos Dominus cœlestis gloriæ, Rex omnium Sanctorum. Amen. Detque vobis suæ dilectionis dulcedinem, et sæculi præsentis felicitate lætari. Amen. Collato etiam gaudio filiorum, post diuturnum tempus,

conferat habitaculum cœlestium mansionum, qui vivit et regnat Deus in sæcula sæculorum. R. Amen.

RITUS ET CŒREMONIÆ MISSÆ nuptialis. (*)

His actis Sacerdos deponit pluviale, et accipit planetam et manipulum albi coloris. Missa de nuptiis dicitur, ut habetur in Missali Romano ex decreto Concilii Tridentini edito, quæ inscribitur *pro Sponso et Sponsa*, et incipit: *Deus Israel conjugat vos &c.* cum cæteris adjunctis. Si benedictio nuptiarum facienda est in die Dominica vel alio festo solemni primæ vel secundæ classis, aut die vigiliæ Pentecostes, et ejus octavæ, ac die octavo Epiphaniæ,

(*) Prodit alia Missa votiva privata potioris dignitatis, quæ in solemnitate Nuptiarum celebratur, quæ ultra præcitatos dies, in quibus non prohibentur Missæ privatæ Defunctorum, dici etiam potest in duplicibus sive majoribus, sive minoribus (numquam vero in Dominicis, aliisque diebus festivis de præcepto) in quibus Missis dicendum non est *Gloria*, neque *Credo*, et in fine dicitur *Benedicamus Domino*. S. R. C. 28 Februarii 1818. In Decreto generali.

In diebus vero Dominicis, aliisque diebus festivis de præcepto, ac duplicibus primæ et secundæ classis dicitur Missa de festo, cum commemoratione pro Sponso et Sponsa. S. R. C. 20 Dec. 1783. *Urbis et Orbis*, et 20 Aprilis 1822. *Derthonensis* ad 5. et seq.

Juxta Decretum citatum diei 20 Aprilis 1822 in *Derthonen.* commemoratio seu oratio pro Sponso et Sponsa non est recitanda sub unica conclusione in dupl. 1. et 2. classis, et tam diebus prædictis, quam in Dominicis et festis post omnes commemorationes à rubrica præscriptas.

vel aliquo die in quo adest præceptum audiendi Sacrum, dicatur Missa de Dominica vel de festo cum *Gloria in excelsis*, et *Credo*, si illa Missa, id requirit, et cum commemoratione nuptiarum, additis etiam orationibus *Propitiare*..., et *Deus, qui potestate*... cum cæteris ad nuptias pertinentibus. In hac Missa, quamquam votiva sit, dicitur una tantum Oratio.

Dicto in Missa *Pater noster*, Sacerdos, antequam dicat, *Libera nos quæsumus, Dñe.*, genuflectit, et recedit ad cornu Epistolæ, et ibi stat versus sponsum et sponsam ante altare genuflexos. Interim Minister (ubi sic fieri consuevit) velet serico velamine candido et purpureo, si commode fieri possit, sponsi scapulas, sponsæ vero caput; sed mos est quibusdam jugale ponere super humeros utriusque.

Tunc Sacerdos dicit orationem *Propitiare, Domine, supplicationibus*, &c. et sequentem: *Deus, qui potestate.* Quibus dictis, reversus ad medium altaris genuflectit, surgit, accipit patenam, et dicit: *Libera nos,* et reliqua more solito: et postquam sumpserit Sanguinem, communicet sponsos, et prosequatur Missam. Dicto *Benedicamus Domino*, vel, si Missæ illius diei conveniat, *Ite Missa est*, Sacerdos antequam populo benedicat, conversus ad sponsum et sponsam dicat: *Deus Abraham*, &c. Postea Minister aufert velamen et jugale. Deinde Sacerdos oratione gravi admonet conjugatos vulgari sermone in hunc modum:

Ya que habeis recibido las bendiciones

segun costumbre de la Iglesia, lo que os amonesto es, que os guardeis lealtad el uno al otro; y en tiempo de oracion, y mayormente de ayunos y festividades, tengais castidad: el marido ame á la muger, y la muger al marido, y que permanezcais en el temor de Dios.

Postea aspergat eos aqua benedicta, et det benedictionem, et dicat, ut solitum est, Evangelium S. Joannis. *In principio erat Verbum*, &c. et tradat sponsam sponso, per manum dexteram, et dimittat eos in pace, dicens:

Compañera os doy y no sierva: amadla como Cristo ama á su Iglesia.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

Secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ. Ille vero censentur secundæ (ut non benedicantur) quæ sunt secundæ ex parte feminæ, quamvis sint primæ ex parte viri. Nec refert, an ipsa vidua, secundo nubens, sit virgo, vel non, sed an sit semel benedicta; unde, quæ semel nupsit sed ante benedictiones receptas vidua facta est, cum postea iterum nubit benedicenda est, et quæ semel est benedicta, non est iterum benedicenda. In ejusmodi autem nuptiis non benedicuntur, nec datur arrhæ, nec annuli, nec ponitur velamen, nec jugale, nec dicitur

Missa de Nuptiis, sed dumtaxat hæc fient quæ sequuntur. Sacerdos indutus, ut supra, accedit ad nubentes, existentes in ingresu Ecclesiæ, et illos, aspergit aqua benedicta, introduxit eos in Ecclesiam, dicendo psalmum *Beati omnes, qui timent Dominum, &c.* (fol. 153) et statim prætermissis omnibus aliis, audiunt Missam, quæ pro illis dicenda est semoti ab altari. Dicenda est Missa de Officio ocurrenti si sit festum duplex aut dies Dominica; in aliis diebus potest dici Missa votiva juxta illorum devotionem, dummodo non sit Missa ordinaria *pro Sponso et Sponsa*, nec in ea dicatur aliquid ex iis quæ sunt inserta in dicta Missa: et peracta Missa dicatur super illos genuflexos ante altare sequens Oratio:

OREMUS.

Respice, Domine, super hanc conjunctionem tuam, ut sicut missisti sanctum Angelum tuum Raphaëlem pacificum Tobiæ, et Saræ filiæ Raguelis comitem; ita digneris, Domine, mittere benedictionem tuam super hos famulos tuos, ut in tua voluntate permaneant, et in amore tuo vivant et senescant, et multiplicentur in longitudinem dierum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

Benedictio Dei Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et

Spiritus ✝ Sancti descendat super vos, et maneat semper. Amen.

Et dictâ ad eos exhortatione, ut supra, aspergit eos aqua benedicta, et dicit:

Ite in pace.

DE BENEDICTIONE MULIERIS
POST PARTUM.

Si qua puerpera post partum juxta piam ac laudabilem consuetudinem ad Ecclesiam venire voluerit pro incolumitate sua Deo gratias actura, petieritque á Sacerdote benedictionem, ipse superpeliceo et stola alba indutus, cum Ministro aspergillum deferente, ad forres Ecclesiæ accedat, ubi illam genuflectentem, et candelam accesam in manu tenentem, aqua benedicta aspergat, deinde dicat.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum et terram.

Ant. Hæc accipiet benedictionem á Domino.

Psalmus 23. Domini est terra, et plenitudo ejus, * orbis terrarum, et universi qui

habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum, * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, et mundo corde: * quia non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem á Domino; * et misericordiam á Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, et elevamini portæ æternales: * et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus fortis et potens; Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, et elevamini portæ æternales: * et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri...

Aña. Hæc accipiet benedictionem á Domino, et misericordiam á Deo salutari suo; quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stolæ eam introducit in Ecclesiam, dicens:

Ingredere in templum Dei, adora Filium Beatæ Mariæ Virginis, qui tibi fœcunditatem tribuit prolis.

Et ipsa ingressa genuflectit coram altari, et orat, gratias agens Deo de beneficiis sibi collatis, et Sacerdos, dicit:

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster... *secreto.*

S. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos á malo.
S. Salvam fac ancillam tuam, Domine.
R. Deus meus sperantem in te.
S. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.
R. Et de Sion tuere eam.
S. Nihil proficiat inimicus in ea.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
S. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS,

Omnipotens sempiterne Deus, qui per Beatæ Mariæ Virginis partum fidelium parientium dolores in gaudium vertisti: respice propitius super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione lætam accedentem: et præsta, ut post hanc vitam ejusdem Beatæ Mariæ meritis, et intercessione, ad æternæ beatitudinis gaudia cum prole sua pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde illam aspergit iterum aqua benedicta in modum Crucis dicens:

Pax, et benedictio Dei Omnipotentis Patris, ✝ et Filii, et Spiritus Sancti descendat super te, et maneat semper. Amen.



BENEDICTIONES.

DE BENEDICTIONIBUS REGULÆ GENERALES.

Noverit Sacerdos, quarum rerum benedictio ad ipsum, et quæ ad Episcopum suo jure pertineat; ne majoris dignitatis munera temerè aut imperitè umquam usurpet propria auctoritate.

In omni benedictione extra Missam, Sacerdos saltem superpelliceo et stola pro ratione temporis utatur nisi aliter in Missali notetur.

Stando semper benedicat, et aperto capite. In principio cujusque benedictionis dicat:

S. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit cœlum, et terram.
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Deinde dicatur Oratio propria, una, vel plures, prout suo loco notatum fuerit.

Postea rem aspergat aqua benedicta, et ubi notatum fuerit, pariter incenset nihil dicendo.

Cum Sacerdos aliquid benedicturus est, habeat ministrum cum vase aquæ benedictæ et aspergillo.

Caveat ne benedictionis causa ponat aliquid in-

decens super altare, veluti esculenta sed quod ejusmodi est ponitur super mensam, commodo loco paratam.

ORDO AD FACIENDAM
AQUAM BENEDICTAM.

Diebus Dominicis, et quandocumque opus fuerit, præparato sale et aqua munda benedicenda in Ecclesia, vel in Sacristia, Sacerdos superpelliceo et stola violacea indutus, primo dicit:

S. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit cœlum et terram.

Deinde absolute incipit exorcismum salis.

Exorcizo te, creatura salis, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum qui te per Eliseum Prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorcitatum in salutem credentium: et sis omnibus sumentibus te sánitas ánimæ et corporis: et effugiat atque discedat á loco, in quo aspersum fueris omnis phantasia, et nequitia vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spi-

ritus inmundus adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. R. Amen.

OREMUS.

Immensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humilitèr imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, bene † dicere et sancti † ficare tua pietate digneris: ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis, et quidquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiæ. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Exorcismus aquæ: et dicitur absolutè.

Exorcizo te, creatura aquæ, in nomine Dei † Patris omnipotentis, et in nomine Jesu Christi Filii ejus Domini nostri, et in virtute Spiritus, † Sancti: ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare et explantare valeas cum ángelis suis apostáticis: per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu

Christi; qui venturus est judicare vivos et mortuos et sæculum per ignem, R. Amen.

OREMUS.

Deus, qui ad salutem humani generis máxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, et elemento huic multímodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene ✠ dictionis infunde; ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos dæmones, morbosque pellendos, divinæ gratiæ sumat effectum; ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium hæc unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur á noxa: non illic resideat spiritus péstilens, non aura corrumpens: discendans omnes insidiæ latentis inimici: et si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet aut quieti, aspersione hujus aquæ effugiat; ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Hic ter mittat sal in aquam in modum Crucis, dicendo semel:

Commixtio salis et aquæ pariter fiat, in nomine Pa ✝ tris, et Fi ✝ lii, et Spiritus ✝ Sancti. R. Amen.

S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus invictæ virtutis auctor, et insuperabilis imperii Rex, ac semper magnificus triumphator: qui adversæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis sævitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te, Domine, trementes et supplices deprecamur ac petimus: ut hanc creaturam salis et aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore santifices: ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti nominis tui omnis infestatio inmundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur: et præsentia Sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum

qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

BENEDICTIO FONTIS BAPTISMI, extra Sabbatum Paschæ et Pentecostes, cum aqua consecrata non habetur.

Primum lavatur et mundatur vas Baptisterii, deinde limpida aqua repletur. Tunc Sacerdos cum suis Clericis, vel etiam aliis Presbyteris, Cruce et duobus cereis præcedentibus, ac thuribulo, et incenso, et cum vasculis Chrismatis et Olei Cathecumenorum descendit ad Fontem, et ibi vel ante Altare Baptisterii, dicit Litaniam ordinariam.

Kyrie eleyson.
Christe eleyson.
Kyrie eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, *miserere nobis.*
Fili Redemptor mundi Deus, *miserere.*
Spiritus Sancte Deus, *miserere.*
Sancta Trinitas unus Deus, *miserere.*

Sancta Maria, *ora pro nobis.*
Sancta Dei Génitrix, *ora.*
Sancta Virgo virginum. *ora.*
Sancte Michael, *ora.*
Sancte Gabriel, *ora.*
Sancte Rafael, *ora.*
Omnes sancti Angeli et Archangeli, *orate pro nobis.*
Omnes sancti beatorum spirituum ordines, *orate.*
Sancte Joannes Baptista, *ora.*
Sancte Joseph, *ora.*
Omnes sancti Patriarchæ et Prophetæ, *orate.*
Sancte Petre, *ora,*
Sancte Paule, *ora.*
Sancte Andrea, *ora.*
Sancte Jacobe, *ora.*
Sancte Joannes, *ora.*
Sancte Thoma, *ora.*
Sancte Jacobe, *ora.*
Sancte Philippe, *ora.*
Sancte Bartholomæe, *ora.*
Sancte Mathæe, *ora.*
Sancte Simon, *ora.*
Sancte Tadæe, *ora.*
Sancte Mathia, *ora.*
Sancte Bárnaba, *ora.*



Sancte Luca, *ora.*
Sancte Marce, *ora.*
Omnes sancti Apóstoli et Evangelistæ, *orate.*
Omnes sancti Discipuli Domini, *orate.*
Omnes sancti Innocentes, *orate.*
Sancte Stephane, *ora.*
Sancte Laurenti, *ora.*
Sancte Vincenti, *ora.*
Sancti Fabiane et Sebastiane, *orate.*
Sancti Joannes et Paule, *orate.*
Sancti Cosme et Damiane, *orate.*
Sancti Gervasi et Protasi, *orate.*
Omnes sancti Mártires, *orate.*
Sancte Silvéster, *ora.*
Sancte Gregóri, *ora.*
Sancte Ambrosi, *ora.*
Sancte Augustine, *ora.*
Sancte Hierónyme, *ora.*
Sancte Martine, *ora.*
Sancte Nicolae, *ora.*
Omnes sancti Pontífices et Confessores, *orate.*
Omnes sancti Doctores, *orate.*
Sancte Antoni, *ora.*
Sancte Benedicte, *ora.*
Sancte Bernarde, *ora.*
Sancte Domínice, *ora.*

Sancte Francisce, *ora.*
Omnes sancti Sacerdotes et Levitæ, *orate.*
Omnes sancti Mónachi et Eremitæ, *orate.*
Sancta Maria Magdalena, *ora.*
Sancta Agatha, *ora.*
Sancta Lucia, *ora.*
Sancta Agnes, *ora.*
Sancta Cecilia, *ora.*
Sancta Catharina, *ora.*
Sancta Anastasia, *ora.*
Omnes sanctæ Virgenes et Viduæ, *orate.*
Omnes sancti et sanctæ Dei,
intercédite pro nobis.
Propitius esto, *parce nobis, Dómine.*
Propitius esto, *exaudi nos, Dómine.*
Ab omni malo, *libera nos, Dómine.*
Ab omni peccato, *libera.*
Ab ira tua, *libera.*
A subitánea et improvisa morte, *libera.*
Ab insídiis diáboli, *libera.*
Ab ira, et odio, et omni mala voluntate, *libera.*
A spíritu fornicationis, *libera.*
A fúlgure et tempestate, *libera.*
A morte perpétua, *libera.*
Per mystérium sanctæ Incarnationis tuæ, *libera.*

Per Adventum tuum, *libera.*
Per Nativitatem tuam, *libera.*
Per Baptismum et sanctum jejúnium tuum, *libera.*
Per Crucem et Passionem tuam, *libera.*
Per Mortem et sepulturam tuam, *libera.*
Per sanctam Resurrectionem tuam, *libera.*
Per admirábilem Ascensionem tuam, *libera.*
Per adventum Spíritus Sancti Paráclíti, *libera.*
In die Judícii, *libera.*
Peccatores, *te rogamus audi nos.*
Ut nobis parcas, *te rogamus.*
Ut nobis indúlgeas, *te rogamus.*
Ut ad veram pœnitentiam nos perdúcere digneris, *te rogamus.*
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere et conservare digneris, *te rogamus.*
Ut domnum Apostólicum, et omnes Ecclesiásticos órdines in sancta religione conservare digneris, *te rogamus.*

(*Pontificatus vacatione omittitur* domnum Apostólicum.)

Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, *te rogamus.*

Ut Régibus et Principibus christianis pacem et veram concordiam donare digneris, *te rogamus.*

Ut cuncto pópulo christiano pacem et unitatem largiri digneris, *te rogamus.*

Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris, *te rogamus.*

Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas, *te rogamus.*

Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, *te rogamus.*

Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, *te rogamus.*

Ut fructus terræ dare et conservare digneris, *te rogamus.*

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, *te rogamus.*

Ut Fontem istum ad regenerandam tibi novam prolem benedicere ✝ et consecrare ✝ digneris, *te rogamus.*

Et repetitur:

Ut Fontem, &c. *te rogamus.*

Ut nos exaudire digneris, *te rogamus.*

Fili Dei, *te rogamus.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
parce nobis, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
exaudi nos, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
miserere nobis.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Postea Sacerdos dicat, omnia clara voce: *Pater noster, etc,..* et *Credo in Deum, etc.* (*fol.* 15.) quibus finitis dicat:

S. Apud te Domine est fons vitæ.
R. Et in lumine tuo videbimus lumen.
S. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnæ pietatis tuæ mysteriis, adesto Sacramentis, et ad recreandos novos populos, quos tibi Fons Baptismatis párturit, Spiritum adoptionis emitte: ut quod nostræ humilitatis ge-

rendum est ministerio, virtutis tuæ impleatur effectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Exorcismus aquæ.

Exorcizo te creatura aquæ, pér Deum vivum, † per Deum verum, † per Deum sanctum, † per Deum, qui te in principio, verbo separavit ab árida, cujus super te Spiritus ferebatur, qui te de Paradiso manere jussit, [illegible]

Hic manu aquam dividat, et deinde de ea effundat extra marginem Fontis versus quatuor Orbis partes, prosequens:

et in quatuor fluminibus totam terram rigare præcepit: qui te in deserto amaram, per lignum dulcem fecit atque potabilem; qui te de petra produxit, ut populum, quem ex Ægypto liberaverat, siti fatigatum recrearet. Exorcizo te et per Jesum Christum Filium ejus, unicum Dominum nostrum, qui te in Cana Galileæ signo admirabili sua potentia convertit in vinum: qui super te pe-

dibus ambulavit, et á Joanne in Jordane in te baptizatus est; qui te una cum sanguine de latere suo produxit, et Discípulis suis jussit, ut credentes baptizarent in te, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti; ut efficiaris aqua sancta, aqua benedicta, aqua, quæ lavat sordes, et mundat peccata. Tibi igitur præcipio omnis spiritus immunde, omne phantasma, omne mendacium, eradicare et effugare ab hac creatura aquæ, ut qui in ipsa baptizandi erunt, fiat eis fons aquæ salientis in vitam æternam, regenerans eos Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. R. Amen.

OREMUS.

Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, aquarum spiritualium sanctificator, te suppliciter deprecamur, ut ad hoc ministerium humilitatis nostræ respicere digneris, et super has aquas abluendis et purificandis hominibus præparatas, Angelum sancti-

tatis emittas, quo peccatis vitæ prioris ablutis, reatuque deterso, purum Sancto Spiritui habitaculum regenerati effici mereantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Tunc sufflet ter in aquam versus tres partes secundum hanc figuram (*Y*), deinde imponit incensum in thuribulo, et Fontem incensat. Posteà infundens de Oleo Cathecumenorum in aquam in modum crucis, clara voce dicit:

Sanctificetur, et fœcundetur Fons iste Oleo salutis renascentibus ex eo in vitam æternam, in nomine Patris, ✠ et Filii, ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Deinde infundit de Chrismate modo quo suprà, dicens:

Infusio Chrismatis Domini Jesu Christi, et Spiritus Sancti Paracliti, fiat in nomine sanctæ Trinitatis. R. Amen.

Posteà accipit ambas ampullas dicti Olei sancti et Chrismatis, et de utroque simul in modum Crucis infundendo, dicit:

Commixtio Chrismatis sanctificationis, et Olei unctionis, et aquæ Baptismatis pariter fiat in nomine Patris, ✠ et Filii, ✠ et Spiritus ✠ Sancti. R. Amen.

Tum deposita ampulla, dextera manu Oleum sanctum et Chrisma infusum miscet cum aqua, et spargit per totum Fontem. Deinde medulla panis manum tergit, et statim manus abluat, et ablutio effundatur in Sacrarium.

BENEDICTIO DOMUS NOVAE.

S. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

S. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Te Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, et habitatoribus ejus, ac rebus, ut eam bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare, ac bonis omnibus amopliare digneris: tribue eis, Domine, de rore cœli abundantiam, et de pinguedine ter-

ræ vitæ substantiam, et desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac, et Jacob: et intra parietes domus istius Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque et ejus habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

BENEDICTIO NOVAE NAVIS.

S. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit cœlum et terram.
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et bene ✠ dic navem istam dextera tua sancta, et omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noë ambu-

lantem in diluvio. Pórrige eis, Domine dexteram tuam sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: et mitte sanctum Angelum tuum de cœlis qui liberet et custodiat eam semper á periculis universis cum omnibus quæ in ea erunt; et famulos tuos, repulsis adversitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis transactisque ac recta perfectis negotiis omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio revocare digneris. Qui vivis et regnas, etc.

Aspergat navim aqua benedicta.

BENEDICTIO PANIS.

S. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit cœlum et terram,
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, bene ✠ dicere digneris hunc panem

tua sancta spirituali benedictione; ut sit omnibus sumentibus salus mentis et córporis, atque contra omnes morbos et universas inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, panem vivum qui de cœlo descendit, et dat vitam et salutem mundo, et tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO AGRORUM,

ut ab eis locustæ, bruchi, et alia animalia noxia expellantur.

Sacerdos indutus superpelliceo, et stola violacei coloris, veniens ad agrum ubi sunt locustæ, bruchi, vel alia animalia noxia, dicat:

S. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit cœlum et terram.
S. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
S. Dominus vobiscum,
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Preces nostras, quæsumus Domine, cleméntér exaudi, ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, et hanç vermium (*seu* murium, bruchorum, avium, locustarum vel aliorum animalium) calamitatem pátimur pro tui nominis gloria ab ea misericorditèr liberemur; ut per potentiam tuam expulsa, nulli noceant, et hos agros (*seu* has vineas, *aut* aquas, *aut* hos hortos) intactos (*vel* intactas) dimittant; quatenus quæ ex eis orta fuerint, tuæ majestati deserviant, et nostræ necessitati subveniant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, bonorum omnium auctor et conservator, in cujus nomine omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum: concede, ut quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam efficacem consequamur effectum, quatenus hos vermes (mures, aves, locustas, *aut* alia animalia noxia) segregando ségreges, exterminando extérmines; ut ab ista

calamitate liberati, gratiarum actiones majestati tuæ referamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Deus; qui famulorum tuorum Moysi, et Aaronis ministerio ab ægyptiis, pro gloria nominis tui locustas, brucos, cínifes, aliasque plagas (scilicet justitiæ tuæ in peccatores flagella) avertisti, á filiis quoque Israel prohibuisti: á pópulo in te credente similes calamitates aufer; ut potentiam tuam, et beneficentiam prædicemus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Largiri et conservare fructus terræ dignare, Domine Deus noster, ut temporalibus gaudeamus auxiliis, et proficiamus spiritualibus incrementis. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Oramus te, Domine Deus noster, ut hos

agros (*aut* has vineas, *aut* hos hortos) serenis óculis, hilarique vultu respicere digneris; tuamque super eos (*vel* eas) mitte bene ✝ dictionem; ut non grando subripiat, non turbo subvertat, non vis tempestatis detruncet, non æstus exurat, non animalia noxia corrodant, neque innudatio pluviæ extérminet; sed fructus incólumes, uberesque usui nostro ad plenam maturitatem perducas. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Pa ✝ tris, et Fi ✝ lii, et Spiritus ✝ Sancti descendat, et maneat super hos agros, (*aut* has vineas, *aut* hos hortos) et eorum fructus.
R. Amen.

Pro aquis infectis.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui in Jordanis flumen benedixisti, et in eodem baptizatus aquas purificasti, ut elementum salúbre efficeretur in remissionem peccatorum, has aquas quoque bene ✝ dicere et sanctificare digneris; ut nihil eis noxium, nihil pestilens, nihil corrumpens maneat, sed omnia pura et

munda in eis efficiantur; ut quæ ad usum hominum ex eis creatura sunt, cum gloria tua et salute nostra sumamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Mox aspergat agros, vineas, hortos, vel aquas, aqua benedicta. Si maximè ingruerit dictarum bestiarum tribulatio, poterit Clerus, populo comitante. ad locum infectum accedere, ut in die sancti Marci, ad quem cum perventum fuerit aspergantur termini aqua benedicta, canendo pro temporis diversitate:

Vidi aquam, etc. (fol. 191) *vel* Asperges me, Domine, etc. (fol. 190).

Legantur, aut cantentur quatuor Evangelia ad quatuor plagas mundi.

S. Sequentia sancti Evangelii secundum Mathæum.

R. Gloria tibi Domine.

Cum natus esset Jesus in Bethelem Juda, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Jerosólymam dicentes: Ubi est qui natus est Rex judæorum? Vidimus enim stellam. ejus in oriente, et venimus adorare eum. Audiens, autem, Herodes rex, turbatus est et omnis Jerosólyma cum illo. Et

congregans omnes principes sacerdotum, et scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixeruet ei: In Bethelem Judæ; sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu, Bethelem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda, ex te enim exiet Dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes, clam vocatis Magis, diligentèr didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, et mittens illos in Bethelem, dixit: Ite, et interrogate diligentèr de puero: et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens, adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat Puer. Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valdè. Et intrantes dómum, invenerunt Puerum cum María matre ejus, et procidentes (*hic genuflectitur*) adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

S. Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.

R. Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis Jesus, et exprobavit incredulitatem eorum, et duritiam cordis: quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum universum, predicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis: serpentes tollent, et si mortiferum quid bíberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, et bene habebunt. Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus et in cœlum, et sedet á dextris Dei. Illi autem profecti predicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.

S. Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

R. Gloria tibi, Domine.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel á Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne ver-

bum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

S. Initium sancti Evangelium secundum Joannem.

R. Gloria tibi, Domine.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet, et tenebræ ea non comprehenderunt. Fuit homo missus á Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus; qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate car-

nis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *Et Verbum caro factum est*, et habitabit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti á Patre, plenum gratiæ et veritatis. R. Deo gratias.

ORDO AD ASPERSIONEM AQUÆ *benedictæ diebus Dominicis faciendam.*

Sacerdos celebraturus, indutus pluviali, coloris officio convenientis et cum ministris associatus; vel si alius Sacerdos ejus loco populum aqua aspergat, alba et stola aut superpelliceo et stola, et cum acolythis tantum, accedit ad altare majus, et ibi ad gradus cùm ministris genuflexus, etiam tempore paschali, accipit à Diacono aspersorium, et primo ter aspergit altare, deinde se, et erectus ministros, incipiens Aña. *Asperges me*, et chorus prósequitur *Domine, hyssopo*.... ut infra. Interim Celebrans aspergit clerum, deinde populum, dicens submissa voce cum ministris psalmum *Miserere mei, Deus*... cùm *Gloria*...

Aña. Asperges me, *Chor*. Domine, hyssopo et mundabor, lavabis me et super nivem dealbabor. *Psalm*. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

℣. Gloria Patri..... *et repetitur Aña.* Asperges me...

Hæc Antiphona prædicto modo dicitur in aspersione aquæ benedictæ in Dominicis per totum annum; excepta Dominica de Passione et Dominica Palmarum, in quibus non dicitur *Gloria Patri;* sed post Psalmum *Miserere...* repetitur immediatè Antiphona *Asperges me...* excepto etiam tempore paschali, scilicet á Dominica Paschæ usque ad Pentecostem inclusive, quo tempore cantatur sequens

Aña. Vidi aquam *Chor.* egredientem de templo á latere dextro, alleluia: et omnes, ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt et dicent, alleluia, alleluia. *Psalmus.* Confitemini Domini quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.

℣. Gloria Patri... *et repetitur Aña.* Vidi aquam.....

In Dominica vero Trinitatis resumitur

Asperges me, Domine...

In die sancto Paschæ et Pentecostes, ubi est fons Baptismalis, fit aspersio cum aqua pridie benedicta in fonti Baptismi, et ante infusionem olei et chrismatis accepta. Finita Antiphona supradicto modo, Sacerdos qui aspersit aquam, reversus ad altare, stans ante gradus altaris junctis manibus dicat:

S. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

Tempore paschali additur alleluia.

R. Et salutare tuum da nobis.
S. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

BENEDICTIO CANDELARUM
Confraternitatis Sanctissimi Rosarii.

S. Adjutorium nostrum...
R. Qui fecit...
S. Dominus vobiscum... etc.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, effunde per intercessionem Vírginis Mariæ Matris tuæ, et per quíndecim ejus Rosarii mysteria bene ✝ dictionem tuam super hos cereos et candelas, et sanctifica eas lúmine tuæ gratiæ: et concede propitius, ut sicut hæc luminaria igne visíbile accensa, nocturnas depellunt tenebras, ita corda nostra invisibili igne, ac Spiritus ✝ Sancti splendore illustrata, omnium vitiorum cæcitate careant, ut puro mentis óculo cernere semper possimus, quæ tibi plácita sunt, et nostræ saluti utilia, quatenus post hujus sæculi caliginosa discrímina, ad lucem indeficientem pervenire mereamur. Qui vivis, etc.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO ROSARIORUM.

S. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, et terram.
S. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens et misericors Deus, qui propter eximiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum Unigénitum Dominum nostrum Jesum Christum de cœlis in terram descendere, et de Beatíssimæ Vírginis Mariæ Dominæ nostre utero sacratíssimo, Angelo nuntiante, carnem suscípere, crucemque ac mortem subire, et tertia die gloriosè á mortuis resurgere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli: obsecramus immensam clementiam tuam, ut hæc signa Rosarii in honorem et laudem ejusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fideli dicata, bene ✝ dicas, et sancti ✝ fices, eisque tantam infundas virtutem Spiritus Sancti, ut quicumque horum quodlibet secum portaverit, atque in domo sua reverentèr tenuerit, et in eis ad te secundum ejusdem sanctæ Societatis instituta divina contemplan—

do mysteria devotè oraverit, salubri et perseveranti devotione abundet, sitque consors et particeps omnium gratiarum, privilegiorum, et indulgentiarum, quæ eidem Societati per Sanctam Sedem Apostolicam concessa fuerunt, ab omni hoste visíbili, et invisíbili semper et ubique in hoc sæculo liberetur, et in éxitu suo ab ipsa Beatíssima Vírgine Maria Dei Genitrice tibi plenus bonis operibus præsentari mereatur. Per eumdem... R. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO ROSARUM.

S. Adjutórium nostrum... etc.
S. Dominus vobiscum... etc.

OREMUS.

Deus creator et conservator generis humani, dator gratiæ spiritualis, et largitor æternæ salutis, benedictione tua sancta bene ✝ dic has rosas, quos pro gratiis tibi exolvendis cum devotione ac veneratione

Beatæ, semperque Virginis Mariæ Rosarii hodie tibi præsentamus, et petimus benedici, et infundi in eis per virtutem sanctæ Cru ✝ cis benedictionem cœlestem: ut qui eas ad odoris suavitatem, et repellendas infirmitates humano usui tribuisti, talem signáculo sanctæ Cru ✝ cis benedictionem accipiant, ut quibuscumque in infirmitátibus appositæ fuerint, seu qui eas in dómibus suis portaverint, ab infirmitate sanentur: discedant diáboli, contremiscant et fugiant pávidi cum suis ministris de habitationibus illis, nec amplius tibi servientes inquietare præsumant. Per Christum...

Aspergantur aqua benedicta.

ABSOLUTIO, SEU INDULGENTIÆ
impartiendæ Confratribus Sanctissimi Rosarii in articulo mortis.

Dicto Confiteor... *Pater spiritualis dicat:* Misereatur.... etc. **Indulgentiam..., etc.**

Dominus noster Jesus Christus Filius Dei

qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et remittat tibi omnia peccata, quæcumque, et quomodocumque, in toto vitæ decursu commisisti, de quibus corde contritus, et ore confessus es, restituens tibi stolam primam; quam in Baptismate recepisti; et per Indulgentiam plenariam á Summis Pontificibus Innocentio Octavo, et Pio Quinto, Confratribus Sanctíssimi Rosarii in artículo mortis constitutis concessam, liberet te á præsentis ac futuræ vitæ pœnis; dignetur Purgatorii cruciatus remittere, portas inferi claudere, Paradisi januam aperire, teque ad gaudia sempiterna perducere, per sacratíssima suæ vitæ, passionis, et glorificationis mysteria Sanctíssimo Rosario comprehensa. Qui cum Patre, et Spiritu Sancto Deus unus vivit, et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

PRECES ET ORATIONES
dicendae pro felici partu Reginae.

Antes ó despues de la Misa, depuestos los manípulos y el Celebrante ademas la casulla, se pondrá este la Capa pluvial, que será del color usado

en la Misa; luego los tres en la infima grada en medio del Altar, de rodillas, el Diácono á la diestra y el Subdiácono á la siniestra, tendrán delante del Preste, que estará con las manos juntas, el libro en que están las Preces y Oraciones; el Celebrante y los Diáconos en voz baja dirán rezada la siguiente Antífona.

Dominator Domine cœlorum Rex universæ terræ, exaudi orationes servorum tuorum.

Luego alternando con el Coro:

S. Tú, Domine, cui humilium semper, et mansuetorum placuit deprecatio.

R. Exaudi orationes servorum tuorum.

S. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio...

S. Dominator Domine cœlorum, et Rex universæ terræ, exaudi orationes servorum tuorum.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

S. Pater noster... (*secreto.*)

S. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos á malo.

Psalm. 19. Exaudiat te Dominus in die tribulationis: * protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: * et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui: * et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: * et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: * et in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de cœlo sancto suo: * in potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis: * nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: * nos autem surreximus, et erecti sumus.

Domine, salvum fac regem: * et exaudi nos in die, qua invocaberimus te.

Gloria Patri...

S. Salvam fac famulam tuam.

R. Et propter gloriam nominis tui dux illi esto.

S. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.
R. Et de Sion tuere eam.
S. Nihil proficiat inimicus in ea.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
S. Tribue ei secundum cor suum fœcunditatem prolis.
R. Et omne consilium ejus confirma.
S. Quoniam ipsa sperat in Domino.
R. Et in misericordia Altissimi non commovebitur.
S. Post partum Virgo, inviolata permansisti.
R. Dei Genitrix Virgo, intercede prò nobis.
S. Exultent justi in conspectu Dei.
R. Et delectentur in lætitia.
S. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
S. Dominus vobiscum,
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus qui corda fidelium Santi Spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti benignus assiste: ut quod te auctore jungitur, te auxiliante servetur.

Exaudi quæsumus Domine pro famula tua N. Regina nostra in partu tunc, et in posterum laborante, et sicut eam tua providentia concipere decrevisti; ita ipsam tua benedictione præveniente, et Beata Maria suffragante fœliciter jubeas expediri.

Deus refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, et præsta, ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur.

Deus, qui de Beatæ Mariæ Virginis utero, Verbum tuum Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti, præsta supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, etc.

S. Exaudiat Dominus preces, et orationes nostras. R. Amen.

Potest etiam dici oratio pro Ss. Patronor. loci et aliorum Sanctorum in quibus plus de eorum adjutorio confidimus propter specialem devotionem.

ORATIONES IN MISSA PRO MULIERE *prægnante.*

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui humanum genus seminando multiplicas, quique ancillæ tuæ úterum dignánter fœcundasti: da ei cum salute ánimæ et córporis in pariendo virtutem, et ad sacrum Baptisma tumescéntis úteri fructum pervenire. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat...

SECRETA.

Paternæ Majestati tuæ munus oblatum acceptabile tibi fiat, cujus gratia ancillæ tuæ tolerantiam benigne cónferas, et germen incólume sacro Baptismatis fonte renasci. Per Dominum...

POSTCOMMUNIO.

Divini germinis munere satiati, te supplices exoramus, clemetissime Pater; ut hujus

percepti virginei fructus dono, benedictionem ancillæ tuæ misericorditèr infundas, et quem spíritu vitalis animasti partum, in nativitate gratia tua reformare digneris. Per Dominum...

PRECES ET ORATIONES

pro Praelatorum aut Regum salute impetranda.

S. Protector noster auspice Deus, et respicere in servum tuum Antistitem (*aut* Regem) nostrum N.

R. Et propter gloriam nominis tui libera eum.

S. Vitam petiit á te: tribue ei, Domine, longitudinem dierum in sæculum et in sæculum sæculi.

R. Et propter gloriam nominis tui libera eum.

Psalm. 19. Exaudiat te Dominus, etc. (fol. 199.) Gloria Patri... Sicut erat... Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson..... Pater noster... (*secreto.*)

S. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos á malo.

S. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

S. Domine, salvum fac Antistitem (*vel* Regem) nostrum.

R. Et exáudi nos in die qua invocaverimus te.

S. Quia das salutem Pricipibus.

R. Qui redemisti David servum tuum de gladio maligno, eripe nos.

S. Deus refugium nostrum et virtus.

R. Adjutor in tribulationibus.

S. Exultent justi in conspectu Dei.

R. Et delectentur in lætitia.

S. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, á præsenti liberari tristitia et æterna perfrui lætitia.

Omnipotens sempiterne Deus, salus æterna credentium, exaudi nos pro infirmo famulo tuo Antistite (*vel* Rege) nostro N. pro quo misericordiæ tuæ imploramus auxilium, ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones.

Ne despicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictionem clamantem, sed propter gloriam nominis tui tribulantis succurre placatus.

Deus refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, et præsta, ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur. Per Dominum...

PRECES ET ORATIONES
recitandae in celebratione Jubilaei Anni Sancti.

Antequam incipiantur Litaniæ cantetur in choro sequens Antiphona:

Exaudi, Domine Jesu Christe, preces servorum tuorum, et miserere nobis, qui cum Patre et Spiritus Sancto vivis et regnas, in sæcula sæculorum.

Qua finita incipiantur Litaniae (fol. 168) *in quae omittitur* ℣. *dupplicatum* Ut Fontem, etc., *et post* ℣. Ut fructus terræ dare, et conservare digneris, *dicatur seq.*

℣. Ut præsentibus Ecclesiæ necessitatibus et periculis subvenire digneris. *Te rogamus, etc.*

Finit. Litan. dicit. Pater noster... *totum secreto.*

S. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos á malo.

Psalm. 84. Benedixisti, Domine, terram tuam: * avertisti captivitatem Jacob.

Remissisti iniquitatem plebis tuæ: * operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omne iram tuam: * avertisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos Deus salutaris noster: * et averte iram tuam á nobis.

Nunquid in æternum irasceris nobis? * aut extendes iram tuam á generatione in generationem?

Deus tu conversus vivificabis nos: * et plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam: * et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: * quoniam loquetur pacem in plebem suam:

Et super Sanctos suos, * et in eos qui convertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius: * ut habitet gloria in terra nostra.

Misericordia et veritas obviaverunt sibi: * justitia et pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: * et justitia de cœlo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: * et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit: * et ponet in via gressus suos.

Gloria Patri, etc.

Sicut erat in principio, etc.

S. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu.

R. Laudemus, et superexaltemus eum in sæcula.

S. Deus refugium nostrum et virtus.

R. Adjutor in tribulationibus.

S. Memento congregationis tuæ.
R. Quam posedisti ab initio.
S. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
S. Annuntiaverunt opera Dei.
R. Et facta ejus intellexerunt.
S. Exultent justi in conspectu Dei.
R. Et delectentur in lætitia.
S. Fiat pax in virtute tua.
R, Et abundantia in turribus tuis.
S. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis glòriam agnoscere, et in potentia Majestatis adorare Unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis.

Ineffabilem misericordiam tuam, Domine, nobis clementèr ostende: ut simul nos, et á peccatis omnibus exuas, et á pœnis quas

pro his meremur eripias.

Ecclesiæ tuæ quæsumus, Domine, preces placatus admitte: ut destructis adversitatibus, et erroribus universis, secura tibi serviat libertate.

Concede quæsumus, omnipotens Deus: ut intercessio Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, Sanctorumque omnium, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum, et omnium Electorum tuorum, nos ubique lætificet, ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus.

Esto, Domine, plebi tuæ sanctificator et custos, ut Beati Jacobi Apostoli tui munita præsidiis, et conversatione tibi placeat, et securà mente deserviat.

Deus á quo sancta desideria, recta consilia, et juxta sunt opera; da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Et famulos tuos Papam nostrum N., Antistitem nostrum N., et Regem nostrum N., cum prole Regia, populo sibi commisso, et exercitu suo, ab omni adversitate custodi: pacem et salutem nostris concede tempori-

bus: et captivos christianos, qui in saracenorum potestate detinentur, tua misericordia liberare, et fructus terræ dare et conservare digneris. Per Dominum nostrum...

S. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

S. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus. R. Amen.

S. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

PRECES ET ORATIONES
pro tempore mortalitatis et pestis.

Dominator Domine cœlorum et Rex universæ terræ, exaudi orationes servorum tuorum.

S. Tú, Domine, cui humilium semper, et mansuetorum placuit deprecatio.

R. Exaudi orationes servorum tuorum.

S. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto

R. Sicut erat in principio, etc.

Dominator Domine cœlorum, etc.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster... (*secreto.*)

S. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos á malo.

Psalm. 6. Domine in furore tuo (*fol.* 90.) *Et in fine* Gloria Patri, etc.

S. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.

R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

S. Adjuva nos, Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.

S. Domine, ne memineris, iniquitatum nostrarum antiquarum.

R. Cito anticipient nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.

S. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

S. In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus.

R. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

S. Annuntiaverunt opera Dei.

R. Et facta ejus intellexerunt.

S. Exultent justi in conspectu Dei.

R. Et delectentur in lætitia.

S. Justus ut palma florebit.

R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.
S. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et animarum et corporum medere languoribus, ut remissione percepta in tua semper benedictione lætemur.

Da nobis quæsumus, Domine, piæ petítionis effectum, et pestilentiam mortalitatemque propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant, á te indignante tália flagella prodire, et miserante cessare.

Concede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, á præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

Deus, qui Beatum Raphaelem Archangelum Tobiæ famulo tuo comitem dedisti in via; concede nobis famulis tuis, ut ejusdem semper protegamur custodia, et muniamur auxilio.

Esto, Domine, plebi tuæ sanctificator, et custos, ut beati Jacobi Apostoli tui munita præsidiis, et conversatione tibi placeat, et secura mente deserviat.

Deus qui meritis beatissimi ac gloriosissimi martyris tui Sebastiani pestem hominum mortiferam revocasti: præsta quæsumus, ut qui ejus commemorationem colimus, ab omni peste et tribulatione liberemur.

Deus refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, et præsta, ut quod fidelitèr petimus efficacitèr consequamur. Per Dominum nostrum, etc.

Tantum ergo, etc.

℣. Panem de cœlo, etc.

℟. Omne delectamentum, etc.

Et dicitur Oratio.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili, etc.



PRECES ET ORATIONES

ad auxilium opportunum impetrandum contra imminentem pestem, et mortalitatis contagium.

℟. Recordare, Domine, testamenti tui, et dic Angelo percutienti: Cesset jam manus tua.

Psalm. Et non desoletur terra, et ne perdas omnem animam viventem.

℣. Quiescat, Domine, ira tua á populo tuo, et á civitate sancta tua.

Repetit. Psalm. Et non desoletur terra...

Psalm. 6. Domine, ne in furore tuo (*fol.* 90.) *Et in fine.* Gloria Patri, etc.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster... (*secreto.*)

S. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos á malo.

S. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.

R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

S. Adjuva nos, Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.

S. Ne perdas nos, Deus, cum iniquitatibus nostris.

R. Neque in finem, iratus, reserves mala nostra.

S. Respice propitius, Domine, populum tuum.

R. Et ab eo pestilentiæ flagellum clementèr averte.

S. Miserere, Domine, super afflctionem populi tui, et ne facias consummationem.

R. Sed dic Angelo percutienti: Sufficit; nunc contine manum tuam.

S. Sub tuum præsidium confugimus, Sancta Dei Genitrix.

R. Nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus.

S. In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus.

R. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

S. Annuntiaverunt opera Dei.

R. Et facta ejus intellexerunt.

S. Exultent justi in conspectu Dei.

R. Et delectentur in lætitia.

S. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Exaudi nos, Deus salutaris noster, et intercedente Beata et gloriosa Dei Genitrice Maria semper Virgine, atque beato Sebastiano, et omnibus Sanctis, populum tuum ad te revertentem propitius réspice, ut, dum tibi devotus existit, iracundiæ tuæ flagella ab eo clementèr amoveas.

Da nobis quæsumus, Domine, piæ supplicationis effectum, et pestilentiam mortalitatemque propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant, á te indignante talia flagella prodire, et te miserante cessare.

Deus, qui Beatum Raphaelem Arcangelum Tobiæ famulo tuo comitem dedisti in via; concede nobis famuliis tuis, ut ejusdem semper protegamur custodia, et muniamur auxilio.

Esto, Domine, plebi tuæ sanctificator et custos, ut beati Jacobi Apostoli tui munita præsidiis, et conversatione tibi placeat, et

secura mente deserviat.

Deus, refugium nostrum; et virtus: adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, et præsta, ut quod fidelitèr petimus, efficácitèr consequamur.

Exaudi, Domine, preces nostras, et ne velis cum servis tuis adire judicium: quia sicut in nobis nulla justitia reperitur, de qua præsumere valeamus: ita fontem tuæ pietatis agnoscamus: á quo et á peccatis nostris nos absolvi, et á necessitatibus liberari confidimus. Per Dominum nostrum... R. Amen.

Tantum ergo, etc.

℣. Panem de cœlo, etc.

℟. Omne delectamentum, etc.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili, etc.

ABSOLUTIONIS FORMA.

Cum igitur pœnitentem absolvere voluerit, injuncta ei priùs, et ab eo acceptata salutari pœnitentia, primo dicit:

Misereatur tui omnipotens Deus, et di–

missis peccatis tuis, perducat te in vitam æternam. Amen.

Deinde dextera versus pœnitentem elevata, dicit:

Indulgentiam, absolutionem et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dóminus. Amen.

Dóminus noster Jesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius, te absolvo ab omni vínculo Excommunicationis (Suspensionis), Interdicti, in quantum possum et tu índiges: deindè ego te absolvo á peccatis tuis, in nómine Patris, ✝ et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.


Si pœnitentis sit Laicus, omittitur verbum Suspensionis.

Passio Dómini nostri Jesu Christi, mérita, beatæ Mariæ Vírginis, et omnium Sanctorum, et quidquid boni féceris, et mali sustinuéris, sint tibi in remissionem peccatorum, augméntum grátiæ, et præmium vitæ æternæ. Amen.

In confessionibus autem frequentioribus et brevioribus omitti potest Misereatur, etc. Indulgentiam, etc. *et satis erit dicere:* Dóminus noster Jesus Christus, etc. *ut suprà usque ad illud:* Pasio Dómini, etc.

Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis, brevitèr dicere poterit:

Ego te absolvo ab ómnibus censuris et peccatis tuis, in nomine Patris ✝, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.



ACTOS

DE FÉ, ESPERANZA Y CARIDAD,

que el Párroco leerá en voz alta despues de celebrar la Misa pro Populo *los dias de precepto, segun está mandado por N. Smo. Padre Benedicto XIV, y varios Sres. Obispos: y están concedidos 40 dias de Indulgencia á los que los hagan todos los dias con fervor y devocion.*

Creo en Dios Padre, creo en Dios Hijo, creo en Dios Espíritu Santo, tres personas realmente distintas y un solo Dios verdadero, Omnipotente, Criador, Salvador y Glorificador.

Creo que la segunda persona de la Beatísima Trinidad se hizo hombre y fué concebido por obra del Espíritu Santo y nació de la Santísima Virgen Maria, quedando virgen esta gran Señora antes del parto, en el parto y despues del parto.

Creo que nuestro Señor Jesucristo, el Verbo eterno hecho hombre, padeció y mu-

rió por salvarnos y redimirnos; que resucitó al tercero dia de entre los muertos, subió á los cielos y está sentado á la diestra de Dios Padre, de donde ha de venir al fin del mundo á juzgar á los vivos y á los muertos, es decir, á los buenos para darles gloria eterna porque guardaron sus santos mandamientos, y á los malos pena eterna porque no los guardaron; para lo cual hemos de resucitar en nuestros propios cuerpos.

Creo que en el Santísimo Sacramento del Altar está real y verdaderamente en cuerpo, alma y divinidad, nuestro Señor Jesucristo, Dios y hombre verdadero, y tanto está en la Hostia como en el Cáliz despues que el Sacerdote lo ha consagrado.

Creo que por los Santos Sacramentos del Bautismo y de la Penitencia nos perdona Dios nuestros pecados y nos hace herederos de su reino.

Creo asimismo en todos los demas Sacramentos y Misterios que cree y confiesa nuestra Santa Madre la Iglesia Católica, Apostólica, Romana, fuera de la cual no hay salvacion; y en esta fé quiero vivir y espero morir mediante la divina misericordia.

Espero en Dios y en su bondad infini-


ta que me ha de perdonar mis pecados, mediante mi arrepentimiento, y por los méritos infinitos de nuestro Señor Jesucristo, haciendo de mi parte, ayudado de la divina gracia, cuanto debo para guardar sus divinos mandamientos, como lo enseña la Fé Católica.

Amo á Dios, amo á Dios, amo á Dios, y quisiera haberlo amado y amarle ahora y siempre como le aman los Serafines y todos los bienaventurados én el cielo, y si posible fuera con el mismo amor con que le ama su Santísima Madre la Virgen Maria nuestra Señora, y de no haberle amado una y mil veces me pesa.

Santo Dios. Santo Fuerte. Santo Inmortal. Líbranos, Señor, de todo mal.

Esto se repite tres veces.





INDEX.







PRONTUARI

DE

SACRAMENTS


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm